Locum Coniugata habent in orationibus acutiori stylo scriptis Ad duo Paradigmata cuiusdam Posnaniensis exemplum ludentis in laudibus Virginis Sanctæ. Nemini id mirari velim suasit hoc ~~festum~~ nomen translatum festi Cruentis dies, qui cum nullas meruisset ferias, quarum in horologio ultimam vitæ lineam ad umbras occubentium Astrorum duxit Deus, in iniquam nullas male feriatæ immanitatis ferias meruisset intra infestas festus esse, numerum earum implere voluit, quæ è numero Mortalium vitam ipsam expellere et inferius. Quis iam hic facta tua, quis sacramentum quod dixisti quis fidelitatem appromissam, quis accepta verba o Divini conceptus Verbum vel concipiat, vel enarret? quem vero Cultum Cultissime in nostro cultu Regina Mariæ tuæ non appromisisti? parem erat filium esse adscita servi forma, in servum te mancipiasti: O Servatorem Servum! o formam omni venustate digniorem! erat informe portentum orbis, quem ut refingeres Archetypam hanc sumpsisti formam. In nostro etiam laudamus Lilio Nihil mirum igitur si quidquid delicatæ pulchritudinis flore suaviter emicuit hoc à Lilio —rhatum dicimus.

## Punctum 2dum

De generis definitione, dignitate, usu.

Magna vis est huius loci in utramq[ue] partem et ingens utilitas cum vix alia causa proponatur oratori tractanda, quæ non ex genere vel tota vel maiori saltem ex parte petatur. Est vero genus quod sui similes communicatione quadam specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes ut v.g.: virtus iustitiam temperantiam fortitudinem prudentiam continet, quæ inter se conveniunt, quod sint virtutes dissident, quod circa diversa obiecta versentur, prudentia enim est de linea intellectus, regendo cæterarum actus potentiarum iustitia reddit cuiq[ue] ius suum. Ex genere potest formari sic argumentum antiquissimum Philosophiæ decretum tanquam indubitatæ fidei oraculum per omnes ætates perq[ue] hominum bene sentientium animos peragravit virtutis omnis laudem in honestæ laudabilisq[ue] actionis usurpatione consistere. Erit agitur qui putet Regias virtutes quæ veluti eminentes sunt tabulæ, omnibus non ad intuendum solum sed ad imitandum propositæ, iustitiam scilicet, prudentiam humanitatem munificentiam, pietatem, aliasq[ue] id genus cum clausis manibus in umbra et otio languidas obtepescere debere non vero in aciem atq[ue] in laudandum alicuius exercitationis campum descendere, sic etiam animal quod est genus dividi potest in species, ut in pisces, aves, bestias homines quali modo dividit Ovidius in Metamorphoseon.

Heu Regis foret ulla

Neu regio foret ulla, suis animalibus orba
Astra tenent Cæleste solum formæq; deorum
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus Undæ
Terra feras cepit volucres agitabilis aër
Sanctius his animal mentisq; capatius altæ
Deerant adhuc, et quod dominari in Cætera posset
Natus homo est.

In hoc loco nihil illustrius quamsi fiat Hypothesis ad Thesim ascensus quod præceptum quia celeberrimum est apud Rhetores, ideo dicendum quo artificio reuocanda sit ad Thesim, hoc est species seu forma ad genus illud pro stat Orator vel cum laude vel Commendatione generis, vel a vituperatione progreditur ad ea laudanda vel vituperanda quæ sub genere continentur. Sic laudandum suscipit Orator Cicero Archiam Poëtam et hoc est Hypothesis seu partialis propositio ergo ut aliquem campum aperiret Orationi, peritus scilicet dicendi artifex orationem circumstantiis personæ et temporis absoluit et ad Thesim reuocat, id est ad genericam propositionem à Num 19 ad Num 21 amplissime laudat studia humanitatis artesq; liberales. Sit igitur Sanctum apud Vos humanissimos hoc Poëtæ Nomen, quod nulla unquam barbara violauit saxa et solitudines. voce respondent bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atq; Consistunt nos instituti rebus optimis non Poëtarum voce moueamur.

Cum excusandum est alicuius hominis vitium, non sine artificio atq; prudentia reuocatur Hypothesis ad Thesim ita V.G: si quispiam Orator vellet

defendere

nostri Multis adolescentiam non satis honestis studiis amplicatam eo tandem descenderet oratione ut adolescentum studia ludosq excusaret &c: datur enim concessu omnium huic aliquis lusus aetati et ipsa Natura profundit adolescentiae cupiditates quae si ita erumpunt ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant faciles et tolerabiles haberi solent. Haec igitur est tua disciplina sic tu instituis adolescentes; ob hanc causam tibi parens puerum commendavit et tradidit, ut in ludis et voluptatibus adolescentiam suam collocaret, et hanc tu vitam atq studia defenderes? Ego si quis hoc robore animi atq hac indole virtutis et continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates omnemq vitae suae cursum in labore corporis atq animi contentione conficeret, quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent, nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et dignitate coniunctum hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atq ornatum puto, multa enim nobis blandimenta Natura ingenuit quibus sopita virtus conniveret, et interdum multas vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset e multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit quae non modo haec aetas, sed etiam corroborata iam caperetur.

Adolescentium studia ac ludos

Cum aliquam gravem personam facetiis insectare voles, carpere poteris ea studia quibus ipse se deditum profitetur ne subvert personam ipsam attingas imprudentior videare quam ingeniosior, ita lusit Orator in Catone dum ridiculum Stoicorum sectam cui ipse addictus erat auditus vocis et salibus mirifice aspergit Pro Murena etiam Num. Pad Num 16

Sic habet

sic habet. ~~Fuit~~ enim quidam summo ingenio vir Zeno cuius æmuli Stoici nominantur. Cuius sententiæ sunt et præcepta eiusmodi sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere neminem misericordem esse nisi stultum et levem. Viri non esse neq exorari neq placari, solos sapientes esse si distortissimi sint formosos, si mendicissimi divites si servitutem serviant reges: Nos autem qui sapientes non sumus fugitivos, exules, hostes, insanos esse dicunt. Hæc homo ingeniosissimus Cato auctoribus eruditissimis inductus arripuit.

Ad docendum sæpius et utiliter assumitur ascensus ad Thesim pro lextio Num 90 Muraenam hoc illud est quod de me potissimum tu in accusatione quæsivisti, quæ esset nostra ratio optimatium? Sic enim dixisti? rem quærit! gratiarum iuventuti ad discendum nec mihi difficilem ad perdocendum de quo pauca dicam et ut arbitror nec ab utilitate eorum, qui audient ~~nec ab~~ officio nostro, nec ab ipsa causa sejecti abhorrebit oratio mea.

Aliquando refutandi gratia cogitur orator traducere orationem a forma ad genus, perfectumq illud exemplum est pro Milone a Num 7 ad Num 12 ubi hanc refellit adversariorum sententiam. Negant intueri lucem esse fasei qui a se hominem occisum esse fateatur. Hoc telum quod adversarii temere iecerant in caput Milonis perfingit orator tum subdit. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum iudicium de capite vidit Marci Horatii fortissimi viri fortissimi qui nondum libera civitate tamen populi Romani comitiis cum sua manu sororem interfectam esse fateatur, an est quisquam qui hæc ignoret.

Quod ad usum

Quod ad usum spectat frequens est ac multiplex usus generis. Primo dicendi quandam et explicandi affert facultatem, huius loci tractatio 5 Verrina Num 4 Atque hic ego plus oneris habeo quam qui ceteros accusarit (si onus est id appellandum, quod cum laetitia feras ac voluptate) Verum tamen hoc ego amplius suscepi quam ceteri, quod ita postulatur ab omnibus ut ab iis se abstineant maxime vitiis in quibus alterum reprehenderint furem aliquem aut rapacem accusaris? vitanda tibi semper erit omnis avaritiae suspicio? maleficum quempiam adduxeris? aut crudelem cavendum erit semper ne ina re asperior aut inhumanior fuisse videare. corruptorem adulterum? providendum diligenter, ne quod in vita vestigium ~~fuisse videare~~ libidinis appareat, Omnia postremo quae vindicaveris in adultero tibi ipsi vehementer fugienda sunt, etenim non modo accusator sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit in eo ipso reprehenditur.

Valet in exordiis suppeditatque maximam oratori copiam nam vel in ipso orationis aditu genus quoddam proponit atque sententiam cuius notio pertinet ad multa deinde vero descendit ad speciem quae totius orationis corpus absolvit quod genus principii insigne est, nobisque usitatum, ut in nostris praxibus videre est. Cicero pro Domo sua. Praeclarum esse institutum populi Romani quod idem et sacrorum curam et Reip regerent a genere exorsus omnia maiorum et populi Romani instituta commendavit. vel statim in ipso exordio relicto genere aggreditur speciem ut pro Quinctio vel certe primum proponit genus idemque in exordio partibus multis et firmis adductis confirmat 4 Verrina Num 2

Per affirmationem pro specie genus usurpatur sic Poëtam pro Virgilio. Oratorem pro Cicerone Philosophum pro Aristotele dicimus pro singulari aut certe minus universo nomine ponimus quod communius est et latius patet. Cicero pro Quinctio Quid ergo est? primum magnitudo perniciosi nimio terrore hominem afficit, hominem pro Quinctio dixit qui usus debet esse frequentissimus, ne semper in easdem voces incurrat orator. Si quis nempe de Platone disserat fastidium oratio pariet si perpetuo Platonis nomen ad aures accedat, quæ nausea facile tolletur, si facultatem huius loci studiosus Rhetor sibi comparauerit, modo Graciæ lumen principem indicendo, summi virum ingenii, non linguæ solum sed animi virtutisque magistrum et doctorem.

Per negationem usus non minus frequens est sed paulo euphrasteris vocare virtutem non corporis sed animi bonum non obnoxiam inconstantis fortunæ possessionem sed ornamentum quod nobis invitis et reluctantibus nemo abstrahere possit.

Genus est aliud mutuum ut modo à genere probetur species modo genus à specie, quæ quidem idea plurimum valet ubi est urgenda aliqua ratio, et quasi in acie argumentis dimicantur. Athenis V.G. ad probandum nihil esse admodum expetendum in hac mortali vita, in qua nihil præter animi molestias et corporis ærumnas, reperiri solet. Sic rem contrahes si fieri potest ut ingrediatur in sensus vis illa corporeæ voluptatis, quæ non sit eadem inanis ac fluxa, neque tangendi aut audiendi sensus idonei sunt, unde aliquam colligere te posse putas veram solidamque voluptatem? quod si in iis quoque nullus est veræ suavitatis sensus, ergo nulla est voluptas corporis expetenda quæ tota quantacunque est.

quantacunq est ex illis fontibus effluxit. Eadem est ratio honoris et gloriæ, nam omnis est levis illa gloria quæ arbitrio humano quæritur, ergo neq existimatio ingenii, neq honor dignitatis, neq pulchritudinis forma, neq ulla laus animi aut corporis expetenda est cum sit illa precaria gloria et orta ex hominum studiis atq iudiciis, Quæ si earum omnium rerum inanis gloria est, efficitur profecto ut cum hæc vita nullam afferat laudem, nisi quæ ab hominum iudicio sit profecta omnis omittenda sit cura consequendæ laudis.

Ad hanc tractationem iuvent etiam alia genera propositæ quæstionis investigare, cuiusmodi sunt genus temporis, genus locorum et testium quæ copiorem dicendi copiam suppeditabunt quo plus loci ac temporis cæterarumq rerum comprehendent. Sit tibi v. g. Negotium contra Calvinianos hanc hypothesin transferes ad Thesim omnesq Hæreticos perfidos esse demonstrabis quod ut facias genus temporum quæres duesq omni tempore fuisse perfidos. Sub Constantino Theodosio, Leone, Imperatoribus, nec dum satis poteris genus locorum advocare et addere ubiq terrarum perfidos et fallaces fuisse in Affrica Græcia, Italia Gallia etc. Laudat loci huius usum cilium omnes quidem flores singularis naturæ ridentis clementia ad humani generis oblectationem universi deus variasq utilitates profundit quorum usu non modo profana recreantur sed sacra ipsa excoluntur.

## Punctum 3tium

## De Loco à forma seu specie

Genus et species uno capite comprehendi poterant, tum quia coniuncta sunt et a Tullio sæpe confunduntur, tum quia unum pro altero ponitur.

ponitur cum est sermo de facultate Oratoria; nam exquisita generis et speciei distinctio dialecticorum est non Oratorum, placuit tamen utramque distinguere, ut clarior esset utriusque tractatio. Est vero forma iuxta Ciceronem in topicis notio cuius differentia ad caput generis quasi ad fontem referri potest, deinde formas vocat eas, in quas genus sine ullius praetermissione dividitur, ut si quis ius in morem legem in aequitatem dividat. Primo de Oratore quasi partes generis appellat idem Cicero. Species vero secundum alios erit quae de pluribus dicitur individuis numero tantum differentibus ut homo de Petro, Joanne, Alexandro.

Quantam vim et facultatem habeat ex iis quae de genere dicta sunt, facile intelligi potest, ut igitur ab illa exigit Orationem suam ad genus, ita saepe Thesim tractat Orator, hoc est communem aliquam sententiam rationibus confirmat et argumentis, soletque ad ea descendere non sine arte, quae singularia universo genere continentur. Deinde plurimum potest in reprehensione si velis acrius in aliquem irrumpere, quod facit Cicero prima Catilinaria Num 7. ad 10. Quid est Catilina quod iam amplius expectes si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec privata domus parietibus continere coniurationis tuae potest, si illustrantur si erumpunt omnia. Muta iam istam mentem obliviscere mihi crede caedis et incendiorum, teneris undique luce clariora nobis sunt tua consilia. Mox ad formas descendit. Meministine ad diem 12 kalendas Novembris dicere in senatu certo die fore in armis, qui dies futurus esset

-iturus esset ante diem 8 Kalendas 9bris Caium Manlium audaciæ Satellitem atq administrum tuã. Num me fefellit Catilina non modo res tanta, tam atrox tam incredibilis, verum id quod multo magis est admirandum dies.

Per affirmationem elegans est hic locus à forma. Sceleratus est qui a homicida, obnoxius alicui vitio quia ebrietati, aliquis Philosophus eius sententiæ quia Plato. Quæ tum validiora argumenta fiunt ad permouen-dos auditorum animos, quando multæ simul formæ congeruntur. Sceleratus es quia furtis et ebrietati quia rapinis et incendiis, quia mendacijs et sacrilegijs, quia sordidis et flagitiosis libidinibus atq vitijs es obnoxius. Non tamen hæc argumenta nudè tractanda sunt, sed figu-rate et magno nonnumquam verborum apparatu v.g. Erit ille immu-nis à scelere, quem ebrietas fœdissima labes ab hominum consuetudine separauit, erit innocens quem occulta non modo furta, sed etiam publicæ ra-pinæ iudicum sæpe potestati tradiderunt. Nefarium non illum dicitis hominem quem neq sanctitas templorum a sacrilegio reuocauit, neq sem-piternæ mortis certa supplicia ab ullo vitio deterrere possunt.

Huc reuocantur inductiones scilicet cum ex multis formis genus aut ex multis singularibus uniuersale aliquid ostenditur ut pro Milone num 7 prima Philip: num 18, pro Plancio num 60 de morte sub-itò exemplum. Moriuntur omnes etiam nobiles. etiam Principes, e-tiam reges. Leones catulis elephantes formicis, aquilæ culicibus aggregantur. Mors cæca est auribus nullum audit cæca oculis

nemnem agnoscit

agnoscat. Armata grandi falce omnes demetit, triremes aequat Liburnis, turres cauernis, purpuras pannis, Tyaras petasis, sceptra ligonibus, mori commune hominis officium est et supplicium, lata et pronuntiata in eum mortis sententia ab eo iudice cui refragari nemo potest. Fac te splendore fatalium esse illustrem, fac te omnium comitate virtutum visendum, dic te esse doctrina et eruditione mirabilem, te nobilitate Caesares, te virtute et sanctitate vita Apostoli, te scientia Philosophi sublimes theologi superarunt. Aut igitur naturam hominis exue aut te cum illis aliquando moriturum pronuntia. Ex hoc loco Lilium sic definies verum peculiari quodam iure lilium sibi vendicat quod simul aspexeris, statim tibi praestantissimi omnium floris veniet in mentem.

## Punctum 4tum

## De similitudine, Parabolis Inductione Exemplis.

Similitudo lib. 4 ad Herennium definitur a Cicerone. Est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex dispari. Differt a Comparatione sit quantitas in similitudine qualitas dum enim comparamus aut plus aut minus, aut par in esse aliis dicimus. Philip 3. num 9 Exemplum eius est. Quid Tarquinius tale qualia innumerabilia fecit et facit Antonius? quid est aliud quam plura fecit Antonius quam Tarquinius. In Similitudine qualitatem ostendimus tantum nempe quale sit id quod agimus. Philip 4 num 11, Faciam igitur ut Imperatores instructa acie solent quamquam paratissimos milites ad praeliandum videant ut eos tamen adhortentur. Sic ego vos ardentes et erectos ad libertatem

tem

temperandam cohortabor.

Locus hic trifariam dividitur in parabolam, inductionem, et exemplum. Parabola est rerum aliqui diversarum in vna vel pluribus partibus convenientia, quæ illustris similitudo dicto aut facto antiquo vel recenti, aut historia aliqua narrata graviter aut munde pro rei Natura continetur. Talis est M. Tulli pro Roscio Amerino quo belle comparat accusatores cum anseribus num 56 Illis cibaria publice locantur, et canes aluntur in capitolio ut significent si fures venerint at fures internoscere non possunt: significant tamen si qui noctu in capitolium venerint, et quia id est suspiciosum tametsi bestiæ sunt potius tamen in eam partem peccant quæ est cautior: Quod si hæc quoque canes latrent cum deos salutatum aliqui venerint iis crura suffringantur quod acres sint etiam tum cum suspicio nulla sit Simillima est accusatorum ratio. Alii vestrum anseres sunt qui tantummodo clamant nocere non possunt; alii canes qui latrare et mordere possunt, cibaria vobis præberi videmus, vos autem maxime debetis in eos impetum facere qui merentur.

Huc refferuntur Allegoriæ, Metaphoræ quæ licet a similitudine differunt, illam tamen continent non expressam quidem sed tacitam. Ita Clodium sæpe pestem Reip. lustrum ac furiam vocat Cicero quasi diceret, ut pestis serpit grassatur perdendo, diffunditur et vastat omnia, Clodius impune per urbem grassatur civis strages edit. Quo modus ad amplificandam sententiam aptissimus est si tamen non temere adhibeatur v S: Sic vidistis aliquando intractum ac

ac ferocitatem equum Calcitronem mendacem ad omnes habenarum flexiones con Equi
verswiesq morosum, alligate eum si placet ad palum, date illi domitorem gene
rosum atq bene peritum, qui non verbera solum sed industriam singularem adhi
beat ad domandum brevi usualem equum habebitis condere factum, facilem
tractabilem, qui lenore modo cursu, modo flexu ore laxis tum habenis inci
tatiore feratur, tum subsultim tum saltuatim qui modo in gyrum commode
se flectat mox aperto curriculo se praecipitet, subitoq consistat, qui declinet
incurset idem atq invadat qui latus praebeat, postremo quasi ductili ac len
to gradu ad sessoris statim se motus componat, in omnemq partem inflec
tat. Si mavult vehementem feroceq naturam ac petulcam suavitatis
freno domueris et genio voluptatibusq servientem authoritate legem con
frenueris et meliorem ineunde vita rationem docueris exemplo. Subri
eui Exemplum ex similitudine petitum de mortuo discipulo conscriptum.

Iako lękliwe ptaszęta strasznym grzmey strzelby głosem przestraszone po
zgubie iedney ptaszyny wnet się zgromadzywszy żałosnie swym cichym szep
tem sobie sprzyiaią. Tak y nam wszytkim y nad wszytkie mniemanie ze:
sciem twoim przerażonym. Szlachetnie urodzony N. N. na ciężką y skwapliwą
Parkę ku przykrym grobie zebranym przybydzie się żałowac. Przybyłes tu Oy
cowskie na czas opuszczaiąc progi żebyś sobie mistrzynią mądrości szko
łę do ktorey się prawie z pilnością wydzierał zasmakował. a tym czasem

na cięższy żal Rodzicom

nacięższy żal Rodzicom smiercią sobie wytargowałś. Okrutna y Zawzięta Parko takześ swego miłego wdzięcznego godną wyrocznie przyniosła? Czy-liś się dziedzicznych srogow y herbownych mieczow dzikim bestyom straszny nieco obawiała? mniemam że smierć ktora folgi nie zna macierzyńskiemu sercu zfolgowała, by była Żałosna Matka kochanemu Synowi ostatnie oczy zawierając swoich nie straciła. Wszak mniej nas razy dolegają, ktore nas z daleka nie z bliska sięgają. A mnie co tu czynić? płakać nad tobą czyli winszować ze dyny kleynocie młodości szlachetny młodzianie H. Ledwieś zakwitać począł ledwieś naszy oczy zwabiłł, ale oto prędzey niż ranna lilia, prędzey niż kwiatek iednodzienny Sadzenia Adamowego, zwiadłeś zniszczałeś. Ale nie wygrałaś skwapliwa Smierci, luboś nam ten kwiatek z Ziemi naszey prędzey niż potrzeba wyrwała. Zaybsłaś swiatu iego długowieczney wonności, ałeś nas w tym ucieszyła, że z godnieyszym z dalszą być Ogrodarza Niebieskiego, niż tego tu Ciernika naszego ziemskiego. Więc zewnętrznie w dziecinnym niemal wieku na myslą a szko szczęśliwą mądrość obeyrzę, iesli na pamięć y dowcipu bystrość, iezeli na wdzięczność y układność obyczaiow to wszystko iako z nowych tak: winszuię M.M.P.P.: ciężkie lzy wyciska Oczu, iednakci muszę winszować zes od nas odszedł a nie zginąłś na placu smiertelnym z smiercią wystąpiwszy szczęśliwieś z placu ustąpiłś, razes nam rodzicow przyszedł przyście twoie na swiat skazitelność twoię

opowiedziało

opowiedziało y śmiertelności, odyście zaś żeś powinny dług śmiertelności zapła-
cił skazało, wszyście się wygnaniu, odeyście Oyczyzne, wszyście płaczem
odyście wesela, pracy, frasunków, utrapienia, wszyście odyście poko-
ju bez trwogi, wesela bez frasunku żywotow bez śmierci darowało.
Przestałes bydź podległym śmierci a żyieś wiecznie porzuciłeś y sobie
słuszne, ten umiera, którego z życiem zawisna Parka śmierć znosi, nie
ten którego sławie rany śmiertelney zadać nie może gdy obyczaiowi wdzię-
czny przykładami cnot wielkich a lata ustępuiących postępkami żyie-
sz w pamięciach wielkich naszych. Upragnione oczy y serca zosta-
wiwszy. Quem Dii diligunt iuvenis moritur mówi Meander
Zapłakałes o zawisna śmierci wsmutku pozostałym Rodzicom, tey którą im Bóg
w tym iedynaku okazować pociechy, aleś im człowieka Anyoła z syna Bo-
gomodlę gorącego uczynił. Przecieś od nas odstąpił coś Bogu y Matce
iego Przeczystey więcey niż ludziom chciał bydź ulubiony Oyczystym dziedzi-
ctwem gardząc wniebieś sobie dziedzictwo zgotował, Kochaną Matkę
z drogiego kleynotu osierociwszy do Matki się Przeczystey któreieś
gorącym zpodziwieniem wszystkich in Congregatione media pod tytułem Zwia-
stowania służył, na tonie pospieszył. Swiadkiem mi tego gorące one
słowa twoie w tey błogosławioney tak często przed śmiercią powtorzone.

Izadnadszy tonie

Iezaraz trzy lono Panenskie iako Thron Kaynyzssy zdassliq do nas
mowie nieplaczcie zgrzacego tych placzcie ktorzy pod namiotem smierci
zolo mieszkaia na ziemi prowadzą, nie tych ktorzy zlamawszy zyzn smier
telne, na swobodnq wolnosci zywot nieskazitelny maiącą sią wprowadzeni
wiąc wdzięczny mlodziani posluchamy cię y nie bądziemy zalowac
szczescia twego, ale szkody naszey, co szczescie twoie szkoda nasza iest.
y przy tryumfie twoim wlesie z serca naszego łzy wyciska, poduchamy
cię iednak, a zatym dzis lubo iutro naznaczony przydzie czas wieczny
wasą podrozą za tobą przewodnikiem naszym y my podązemy.

Coacervatio quaedam rerum multarum et similium ad aliquid
concludendum est percommoda. VS: iis qui naves aliorum merserunt, nemo
suam commiserit, qui alienos equos negligenter curaverit ei suos
nemo tradiderit qui parum diligenter terram suam exoluerit, nemo illi
crediderit alienam. Ita qui suam ipsorum salutem aut aliorum nihili
fecerint, iis temere committas tuam. Vel qui saepe ambulat, etiamsi nihil
agat, tamen fit ut nescio quo pacto coloretur. et qui unguenta tractat saepius
etiamsi ea de manibus emiserit, retinet tamen ipsa manus fragrantiam quandam adhaerentis odoris penetrabili et tenaci quadam modo
suavitate delibutam; qui relictis agris in urbem commigrant, et aspero
illo et agresti cultu paulatim lenentur, ad eam suavitatem humanitatis
qua homines urbani delectantur, ita si quis acerbissimas studiorum radices repugnanti quantumvis ore pertinacius manderit mutuisque literas an
Lient

audient necesse est ut menti et animo adhaereant.

Tunc illustris haec efficitur similium conglobatio, quando multae Causae huius similitudinis afferuntur simul consentientes. Huius exemplum est apud Ciceronem pro Comoedo societatem et haereditatem conferendo multis allatis num 55. Placet hoc exemplum sic imitare ut mortis et amoris Divini similitudines comparantur. Quemadmodum morte abstrahitur animus et divellitur a corporis ipsius carcere; sic animus is qui Divini amoris vulnus accepit celeriter e domicilio corporis evolat in Christi viscera ubi suas delicias collocavit. Atque ut in morte sensus omnes corporis extinguuntur, caligant oculi, hebescunt aures, languet emortua odorandi sagacitas. totum denique corpus calore consumpto ad tactus rerum mollissimarum obrigescit. Sic in amore. si quis gustum Divinae delectationis hauserit, repente in eius animo quaecunque oculis reliquisque sensibus colliguntur, voluptates fastidio et ingrata societate deflorescunt, et mortis quidem tam violentus est impetus ut omni fran[?]gat tanta audacia, ut in capita Principum incurrat tanta ferocitas ut civitates deleat, profliget exercitus, Regna universa miserrima populatione disturbet. Sic Amor ille tanquam ignis e Caelo lapsus in animos quam multas civitates felici inflammavit incendio! quam multos Reges purpura exuit? quam innumerabiles martyrum copias e terra sustulit ut in Caelum raperet triumphandos? o vim amoris incredibilem! o singularem mortis et amoris contentionem! superat tamen ipsam mortem vis amoris et flamma, neque in cineres abit collapsa cum corpore neque

eodem.

neq eodem tumulo obrui se sinit, viget in sepulchro, stat in ipsis ruinis et lu-
cet in nocte, et fatis superest, et ubi omnia concidunt in ipso saepe inter
necta reminiscit. Ita fit ut quae omnia dominatr imponenti fremit mo-
riendi necessitas, amoris leges imperiumque patiatur. Concedat igitr
amori Mors ipsa de potestate, et in tanta utriusque similitudine li-
ctam se et imparem esse fateatur. Friget mors et amor calore agi-
tur et ignibus nihil illa acerbius nihil hoc suavius, delectatur illa
fletu et tristissimo eiulatu hic perpetua effertur voluptate: illa
res secundas funestat, hic adversas ornat et temperat, grassa
tur illa cruentis doloribus, et inmanem quandam in corporibus car
nificinam exercet, hic telum infingit sine vulnere vulnus sine
dolore, dolorem sine fastidio vitam quoque adimit sine morte,
mortem infert sine vitae iactura, et vicissitudine quadam admi
rabili sui moriendo vivit, vivendo moritur ut vitalis in morte
in vita mortuus esse videatur.

Similitudo insignis est in exemplis collatis, hic ut doctrinae et
eruditionis est capax, ita plurimum habet auctoritatis ad persuaden
dum. Tertium in consultationibus pro Balbo num [illegible] Hic in Crim
Pompei beneficium vel potius iudicium factum infirmare conaris, qui
fecit quod C. Marium fecisse audierat fecit quod P. Crassum q. L. Scyl
lam quod Metellum

quod Metellum quod denique domesticum authorem Patrem suum fecisse uiderat neque enim in uno Cornelio id fecit Nam et Gaditanum Asdrubalem ex bello illo Africano et Mamertinos obuios et quosdam uti censes, et Saguntinos Fabros ciuitate donauit.

Est pariter elegans Similitudo quæ fit per Comparationem in qua frequentissime est Cicero. Sic L Syllam cum Ioue Confert pro Roscio Num 131 Diuinitate in Verrem Num 48 Componit actores Causarum cum actoribus fabularum ab effectis et adiunctis. Cum prædonibus Urbem Componit ab effectis per insignem imaginem 6ta Verrina. Num 21 pro Amerino Num 161 Sicanos Imperatoribus Comparat. pro lege Manilia Num 62 duorum comparatio qui sunt idem meriti. Prima in Verrem Num 109 quam per insignem quandam subiectionem explicat. Seditiosorum Antonii et Dolabellæ Cum Sylla et Mario Philip. 11 num 1 et 2 Pauperis et Diuitis Ultima Paradoxorum. Hos Comparemus Eloquentiam cum uariis Artibus. Nullum est opus ullius artis tam ingeniosum tam admirabile tam uarium, ac Multiplex quod non Orator ipse oratione sua Comprehendat. Age quid est in Imperatore quod tantopere miramur? equum flectere, tela spargere, Castris habendis aptare campum, locorum distantiam oculorum dimensione finire, vallum iacere scienter ad Certum scopum destinata librare tormenta, opportune vineas agere pubem educere miaces, instructa iam acie sub signis habere paratum militem, Ordines distribuere, committere gladiis cominus, eminus quam iaculis gerere producere, collocare, procurrere substitere, resistere, mutare in Cornu pugnam lacessere fundere Vincere.

Atq hæc in Oratoris artificio videre licet omnia sigillatim adumbrata, cum evo-
cat orationem velut exercitum cum rationes velut copias in gradu collocat cum se-
des argumentorum et locos velut castrorum deligit, cum instruit pugnam cum pla-
dit cum dimicat cum in ardore luctatur, cum vincit triumphatq; tanto sane glorio-
sius, quod unus cum infinita multitudine bellum gerit, ipse miles ipse sibi
consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius, verbo rem componit,
Iracund. verbo sub iugum regna mittit. Sic etiam iracundum describere possumq;
comparando eum cum furente, ut enim furentium certa indicia sunt, audax
et minax vultus, tristis frons, torva facies, citatus gradus inquietæ manus
color varius, crebra et vehementius acta suspiria. Ita irascentium eadem si-
gna sunt, flagrant et micant oculi, multus ore toto rubor exæstuante ab imis
præcordiis, sanguine labia quatiuntur, dentes comprimuntur horrent ac surri-
guntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum se ipsos torquentium
sonus, gemitus mugitus, et parum explanatis vocibus sermo præruptus

Similitudo etiam per fictionem fieri potest ita tamen ut apponatur par-
ticula conditionalis, quæ fictam a nobis similitudinem commonstret, quæ posita
præsertim in moribus singularem habet voluptatem. Huius exemplum est
pro Sextio Num 45 et 4 Catil. Num 12 Fictio hæc frequens est Horatio
placet hæc prima Epistola

Quod si me Populus Romanus forte roget cur
Non ut porticibus sic iudiciis fruar isdem
Nec sequar aut fugiam quæ diligit ipse vel odit
Olim quod vulpes ægroto cauta Leoni
Respondit, referam quia me vestigia terrent
Omnia te adversum spectantia nulla retrorsum.

Et quoniam in iis quæ similia sunt aut dissimilia accidit plerumque ut pictura quædam et imago rerum repræsentanda sit, exornari potest descriptione in hoc quod subiecto exemplo deprehenditur triplex fictio scilicet descriptio autoritas et effatum. Ingratiam Poetices sit hæc Laus. Si Pindaro de se praedicanti fides est Cælum ipsum pendet è Poëtæ cantu ille inquam Deorum Senatus ad audiendum carmen totum se in auribus collocat. Aspicite vero etsi minus oculis potestis animo certe intuemini, Fulminis Minister ille quemadmodum Concentus suauitate delectatus in hoc residit plumisque alias remittit et contrahit ut Nigrâ pupillæ declinant ad soporem intentique in somno dulciter? ut arcuatæ palpebræ conniuent. ut adunci rigidique unguium mucrones sensim resolutis sese in vaginis recondunt? ut fulmen ipsum Iouis sublime tonantis sparso exiguo lumine inter emortuos cineres delabitur? vides ut ferreus ille Mars et sanguinolentus abiecta procul hasta, prostratus altissimo pectore somnum excipiat? ut expirant minæ! ut horror ille minacis vultus vix tandem conciliatur? reliqui vero Deorum è numero quam erecti et anhelantes quodammodo inhiant Musicâ suauitati. Ne Cælum quidem Poetici Carminis imperio vacat, Cui fabulâ si Apologum addideris similitudinem, perfecisti.

Nota variari similitudinis debere nec enim eiusdem generis coloris et formâ, ad quamlibet materiam adhibere par est ita ut aptæ sint rebus modicis, modicæ ac mediocres similitudines magnæ magnis adumbrantur. Unde inepte quidam Isocratem cum Agamemnone comparauit, quod hic intra decennium Troiam expugnauit, Hic ille decennali labore panegyricam

neam quandam Orationem Consumavit. Permittitur tamen in re iocosa et ludicra aliquando parvam rem magnae assimilari, tunc enim ad risum consulto adhibentur tales comparationes. Ne vero similitudines humiles cum in Omnibus tum Pecipue in rebus Divinis vitandae sunt et cum omni circumspectione adhibendae. Qui non mediocriter in elloquentia peccaret, qui Sapientiam Aeterni Patris cum Minerva compararet, Virginem Sanctissimam cum Danae auri caelestis rore foecunda. Sed cum laudandum sit aliquid, splendida sit similitudo, cum vituperandum sordida nec tamen obscura. Sapis enim erit sordida si a rebus vilibus et abiectis, ab inferis scilicet, a Furiis horroribus animalibus a peste ceterisq[ue] ad rem adaptentur. Si vero aliquid extollendum erit, magnifica illa sit, quae e Caelo, Sole, Sideribus, Gemmis conunctis. Postremo sciendum est non esse frequentiores similitudines in Oratione adhibendas, quod Luminis gratiam nimia lux impediat. Tandem prudens Orator personis, locis temporibus sese accomodet, ut apud rudes et imperitos facilioribus apud doctos et eruditos similitudinibus utatur.

Et a simili suam Venustatem habet libum. Quid non magis exhilaret quam aspectus pulcherrimorum aulaeorum? quae Natura omnium architeta et parens ubiq[ue] stravit in suis latifundiis et admiranda forma et speciosa Varietate colorum radicis, ramorum, foliorum oculos pasceret, ut reficeret nostros spectaculo quidem ornatissimo, quod etiam

vel maxime

vel maxime squallidos oculos rusticos alliciat et delectet. Quando vero Salomon in hac regia fortuna opulentia et omnium deliciarum mollitie tot exquisitis vestium coloribus radians ad unius lilii dignitatem assurrexit.

## Punctum 5tum
### Locus a dissimilitudine

Quamvis Aristoteles locum hunc praetermiserit eo quod ex similibus satis intelligatur non tamen Cicero qui eandem differentiam vocat partitionum lib. Nam 3 aptissimum equidem ad laudationes uti et ad vituperationes, nam ut bonis esse dissimilem turpe est, sic improbis esse dissimilem honestum. Porro dissimilitudo est rerum diversarum dissimilis inter ipsas affectio: ut reliquae artes differunt ab eloquentia, eo quod haec nihil determinatum habeat, illae se finibus suis contineant. Dissimilitudine autem maxime uti licet quando dissimilia nec eadem nec eodem modo conveniunt. Ut Rhetorica non est loquax sed eloquens, non callida sed prudens, non audax sed fortis. Eximiam in simili dissimilitudinem sapienter animadvertit S. Fulgentius inter divitem bene pastum et inter Lazarum mendicum vulneribus saucium et feliciter infelicem. Attende duos virum in sanitate miserum, alterum in egestate et vulnere multum beatum: dives ille qui induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide, quam inanis fuit in illis epulis, quam pauper in multitudine divitiarum, quam nudus in pulchritudine

vestium

quam infirmus in sanitate corporis? quam famelicus in saturitate ventris? quam miser in gaudiis? quam desolatus inter amicorum colloquia? quam deiectus inter servorum obsequia? Attende quoque Lazarum in paupertate divitem, in miseriis beatum, in infelicitate felicem, in vulneribus sanum, et quidem sine domo non tamen sine fide, sine bona valetudine corporis, sed non sine robore charitatis, sine cibo sed non sine Christo, canibus oppositum sed socium Angelorum, qui non accipiebat de micis quae cadebant de mensa divitis, sed coelestem tamen visceribus eructabat. En ipse thesaurum in vase fictili portabat, dum alter in aureo meretricis calice aeternae famis et infelicitatis venenum bibebat, aeternum damnandus.

In hoc differt a superiore quod similitudo semper affirmando procedat, dissimilitudo vero negationem semper habeat, sive ratiocinandi causa, sive ornatus tantum adhibeatur. Huius exemplum est pro Commodo Num 10. Hic tu si amplius quam mille numerorum petisti, quam tibi debitum est causam perdidisti. Ipse rea quod aliud est iudicium aliud est arbitrium, iudicium est pecuniae certae arbitrium incertae, ad iudicium hoc modo venimus ut totam litem obtineamus, aut omittamus, ad arbitrium hoc modo adimus ut neque nihil, neque quantum tantum postulavimus consequamur.
Quia vero rarum est ut res aliquae duae sint aut similes penitus aut dissimiles, ideirco saepius tam dissimilitudo, quam similitudo

ad rem

ad rem magis illustrandam assumuntur. Egregium est exemplum pro Murena num 26 Sed vero hoc commisso ad studiorum atque artium contentionem revertamur qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria. vigilas tu de nocte ut tuis consultoribus respondeas, ille ut quo intendit cum exercitu perveniat, te gallorum illum buccinarum cantus excitat, ut actionem instituis ille aciem instruit, tu caves ne tui consultores, ille ne urbes aut castra capiantur, ille tenet et scit ut hostium copiae, tu ut aquae pluviae arceantur, ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis.

Dissimilitudinis explicandae varii sunt modi extra argumentum nomen quam eiusdem aut diversi generis esse possunt, quorum unum consistit quod alterum esse non possit, quae contraria melius esse dixeris ut lapis et aurum prudentia et iustitia. Ab hoc loco triumphum Machabeorum et laetitiam illius Magnae Matris subiicit Divus Ambrosius de Jacob cap. ultimo.
Non sic illecebrosi cantus Syrenum attraherent audientem: illi enim ad naufragium trahunt, isti ad sacrificii victoriam. Non sic Cygnea carmina aures animumque mulcerent, Cygni enim natura sorte moriuntur, isti moriebantur amore pietatis. Non sic rauca resonant secreto in marmore turturis murmura, ut ultima verba morientium, tum summa suavitate resonabant. Nec sic Luna inter stellas refulget ut inter filios Mater ut cum illos ad Martyrium illuminatura deduceret, ut cum amplexata victores in medio filiorum iaceret
Habet suam differentem a ceteris ex hoc loco flos noster venustatem. Habent quidem manu facta plerumque egregiam venustatem sed tantum a naturali.

Gulielmus Andrews.

multitudine differunt, quanta Dei illi præpotentis admirat mortalium manque industria superat

# Punctum 6tum

## De oppositis seu Contrariis

Amphitheatrum quoddam hic locus est ut dicat Cassinus, in quo pugnantium et collidentium inter se argumentorum robora gratius perspiciuntur et melius siquidem Contraria Contrariis magis elucescunt.

Contraria vero dicuntur illa quæ sub eodem genere posita mutuo distant a se plurimum expelluntque nisi eorum alterum subiecto congenitum sit, ut calor igni naturalis est, ita virtus et vitium quæ licet sub affectionis et habitus genere posita sunt adversa tamen alia debent. quod propriis inter se differentiis pugnent: Virtus enim est habitus bonos efficiens et laudabiles, vitium malos et infames.

Porro Contraria duplicia sunt alia immediata inter quæ nihil mediat, ut inter virtutem et vitium inter ægrotare et valere inter diligentem et negligentem. Alia mediata quæ medium aliquod admittunt ut nigrum et album, nam inter hæc multi mediant colores, viridis flavus ruber &. Ut igitur argumentum a Contrario valeat tenendum est hoc pronunciatum argumentorum, omnes hujusmodi Contrariorum Contraria sunt consequentia, hoc est, quod Contrariorum vim dominus negabatur... Si ex labore ... album ut si virtus est amanda ergo vitium est fugiendum. Si ex labore scientiæ messis ingens colitur gloria, sequitur ut desidia decens et ignorantia enascatur. Sic Cicero argumentatur Tusculanarum Quæstionum

quinto

Qui cum fatemur satis esse magnam vim in vitiis ad miseram vitam? In iis vero quæ medium habent hæc est tenenda regula, vt si unum in est alterum abest, si niger est non candidus: potest quippe flauus esse aut ruber. Vnde argumentatur Cicero pro Ligario Num 17 Scelus tu illud vocas? tu vero? cur? isto enim nomine illa causa adhuc caruit. alii errorem appellant alii timorem; qui durius spem, cupiditatem, odium, pertinaciam, qui grauissime temeritatem. Scelus præter te adhuc nemo.

Vsus Contrariorum varius est primo cum singulis membris singula statim opponuntur. Ex hoc loco laudare posses fortissimum ducem quempiam. Quis strenue contra Moschos rem suam gessit? Intendebat toties contra effrenes Moschus, variorum conatuum impetus, coacta est tot hostium barbaries, opponebat instructas non tam virtute quam dolo acies, effundebat lethali furentes incendio et pario fulminante Aetnas suppares Machinas, vt vel ante falleret vel astu eluderet vel terrore opprimeret vel vi seu fortuna perfringeret.

Sagacissimus contra astum, generosissimus contra terrorem, imperterritus contra vim fortunamque, artem ingenio astum consilio, terrorem Magnanimitate, vim dexteritate, robore fortunam superauit. Ex hoc loco et hoc modo argumentatur Diuus Ambrosius Psalmo XXS in persona Christi contra malos Christianos. Non est meus quem libido succendit, quia mea est castitas, non est meus quem cura spoliandi minores exagitat, quia mea largitio est: Non est meus quem aura mendacii inquietat, quia

mea tranquillitas

mea tranquilitas est, pax tum ego litigare non novi: Preclarum est quoq; huius exemplum apud Ciceronem Verrina quinta actum 2 ad .7.

Secundo Cum verbo verbum Contrarium redditur ut Catilina Secunda num 25 Ex hac parte pugnat illinc petulantia hinc fides, illinc fraudatio hinc pietas illinc scelus hinc Constantia, illinc furor hinc honestas illinc turpitudo, hinc Continentia illinc Libido.

Tertio ubi periodus periodo Contraria opponitur. Hoc modo argumentatur Tertulianus in Apologetico pro Christianis Contra Ethnicos. Caeterum si de pudicitia provocemur lego partem Sententiâ Atticâ in Socratem Corruptorem adolescentum pronuntiantem. Christianus Uxori suâ solus Masculus nascitur, Democritus excecando semetipsum quod Mulieres sine Concupiscentia aspicere non posset, et dolleret si non esset potitus, in Continentiam emendatione profitetur. At Christianus salvis oculis videt feminam animo adversus libidinem cecus est. Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus Diogenes Superbos Platonis thoros alia Superbia deculcat. Christianus nec in pauperem superbit. Si de Modestia Certem, ecce Pythagoras apud Thurios Zeno apud Prienenses tyrannidem affectat. Christianus vero nec Civitatem. Si de aequanimitate Congrediar, Licurgus ἀποκαρ-τυρέω optavit quod leges eius emendassent Lacones Christianus vero etiam damnatus gratias agit. Si de fide comparem Anaxagoras ho

stibus depositum

hostibus depositum denegaunt. Christianus etiam extra fideles vocatur. Si de simplicitate consistam Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excedere fecit, Christianus nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo adulatur potiusquam Plato a Dyonysio ventris gratia vendicatur. Aristippus in purpura sub magna gravitatis specie negotiatur. et Hyppias dum Civitati insidias disponit occiditur. Hoc prosunt omni atrocitate dissipatis nemo unquam Christianus tentavit. Hos laudamus ex hoc loco seu potius pro modestia et disciplina iuventutis argumentemur contra licen: tiosos, quorum Deus venter est. Nemo mihi ganeones et decoctores vendicet, qui patrimonia, qui possessiones, qui aes alienum obligarierunt, ut sub licentia vacarent et voluptati. Ego enim illos ad omnem ignominiam damnandos affirmarim, qui nulla honestatis, nulla virtutis nulla etiam boni hominis cupiditate a sceleris contagione revocantur qui gulam maiori loco quam montem ipsam ducunt. Aspicis Epicuri scelestissimi idoli cultores, qui si Deus mea vota audiat, lauta Coena, Corvis Vulturibusque apparent. Vos vero Clarissimi iuvenes, quos sinu gremioque fovet Virtus quos temperantia velut sibi devinctos educant, Vos inquam quidni omni Claros posteritati transmittere contendant? Audiant istas preces Superi, liberalibus, ingenuis. modestis temperantibus. adolescentibus illud infundant gratia, ut quemad: modum improborum nomen sempiterna aut ignominia notatur aut simulatur oblivione ita illorum laudes gloriosa praedicatione illustres ad nunquam terminandum aevum propagentur.

Porro opposita

Porro opposita alia sunt quae relative alia quae privative, op=ponuntur. Relativa autem illa dicuntur quorum esse est ad aliud hoc est quorum Natura in hoc posita est ut ad aliud referatur: sic filij nihil aliud est quam Patris filius ut necessario hunc respectum ad Patrem includat, et vicissim pater ordinem ducat ad filium. Dominus ad servum discipulus ad Magistrum miles ad Ducem. Quis enim intelligit filium sine Patre patrem sine filio, discipulum sine Magistro Magistrum sine Discipulo. Hinc Rabi: Post Dom excusat Tullius Rabirium a Patre num.

2. Ex hoc loco seduli ac docti alicuius eloquentiae professoris discipulos ad diligentiam apprehendendam posset quispiam concitare. Conjicite oculos in etc. et admiramini doctrinae illum fontem, unde tot eloquentiae torrentes indies et horas fluant. Tot et tam limpida facundiae flumina, in Rhetoricae campum emanant. Suspicamini nisi fallor nequaquam ei per ignaviam aut socordiam eo obtigisse, ut tantum Oratoris tam praestantis manus obtineret. Intuemini ut assiduitatem vultu, oculis et fronte diligentiam refert, redolent monumenta eius cuncta, nescio quid inusitatae singularisque industriae contentionis. Enimvero natus ille nobilissimo auditores eos ut ad omnem liberalem disciplinam commodius informaret, ut tam suaves eloquentiae haustus sitientibus Vobis propinaret

pinaret, nihil non laborat nihil non agit. Vos qui facundo Praeceptori aures assiduas datis, sequuterq doctas eius praeceptiones excipitis. Vigilat ille ad multam noctem, vos ad multam diem dormietis, sudat ille acerbo necessarium reficiendo corpori tempus suffuratus, vos in rosa delicatuli ambulatis, et quantum ille laboribus dat tantum mollibus animorum dominis voluptatibus tribuetis! Videte et mecum diligenter expendite utquam illi sit honorificum tot se causa vestra laboribus conficere, tam vobis assiduam ac diligentem operam locasse sit gloriosum.

Priuate opposita sunt cum vno significat id quod verum est, altero eius in eodem subiecto priuatio, ut mors et vita, lux et tenebrae, visus et caecitas. Differunt ab aduersis quod priuationes nihil ponunt in re, sed solam contrarii absentiam indicant. Ut mors vitae praesentiam tenebrae lucis. Deinde aduersa sibi inuicem succedere possunt, ut calor frigori sed priuantia minime. Caecitatem ab hoc commendare licet. Si quopiam casu aut Dei prouidentia me multum amantis fiat, ad ipsos etiam superos me accedere putabo. Nam dum visum hunc meum contemplor, dum oculos inspicio mentis acie satis attenta, ianuas mihi videre videor, quibus arcem mentis inuadunt hostes, quibus animi vis ac robur comminuitur ac debilitatur; Quod enim corpus laborant minime incommodos pono, licet ne id quidem minimum est, quod dum spiritus corporis iuuandi

sunt, subtrahitur interim auribus longe utilioribus, celerisque membris ea virtus, quam à spirituum alimento traxisse sibi debuerant; tot vero collina, tot pharmaca, tot perspicilia, quid aliud sunt quam impeditae domus supellex, necessaria quidem sed importuna! Felicem itaque te Homerum, qui post illa tua cecitate propius ad Deos accessisti. Divinos etiam versus ipse dictaba placataque mente, ac tot tumultibus, quos in portam populi liberam emersisti, miseros illos et infelices qui propter incommoda cetera id habent etiam, ut suam miseriam et infelicitatem contemplari necessario debeant. Oleat Lilium oppositis infestivis floribus. Si igitur natura instigante flores nigros infaustos male olentes detestamur, qua amoris benevolentia lilium amplectemur! quo nihil ad candorem amoenius, nihil ad possentatis significationem iucundius ad odorem etiam quem suavissime spirat dulcius, quidquam esse potest.

# Punctum 7<u>mum</u>

## De Repugnantibus

Repugnantia illa dicuntur iuxta Cic. quae neque certa lege neque numero inter se dissident, vel quae stare simul et haerere nequeunt, qualia sunt amare et iniuria afficere odisse et laudare, leges condere et mortuum esse. est inter praecedentem locum et hunc differentia, eo quod repugnantia maiori latius pateant quam

contraria

contraria: ad hoc enim ut repugnantia aliqua dici possit, sufficit ut vel in natura vel in affectione aliqua inter se dissideant quae dissentanea vel disparata a quibusdam appellantur.

Ex hoc loco sic posset duci Exordium in Funebri Vg. Oratione.

Dawne to iest y pospolite wszytkich wieków y stanów na śmierć narzekanie. A niedziw boiż ona bez braku, bez czasu, bez miłosierdzia według upodobania swego nikomu folgować nie zwykła. A za nieciężka wielkim Monarchom z Tronu nadół, z Maiestatu w proch, od berła do trumny zrzemie! A za nieprzykra Hetmanom, y sławnym na wszytek świat zwycięzcom! A za nie żałosna wysoko postanowionym Urzędom to z buławą, to z pieczęcią, to z krzesłem Senatorskim wiedne się w ciasną trunę! a za nieboleśna ludziom bogactwa, y szerokie włości maiącym, którym zchciwości za żywota tak szeroki świat maluchnym się zdał być ciasnem! a ono po śmierci to ich wszytkie Państwo, kiedy im garść prochu na oczy nasypią. Młodym gdy przyidzie żywot koncze, kiedy go zaczynaią, a za się serce nie zbywa! toż się dzieie czerstwym zdrowiem, którzy sobie pospolicie wiela przeżyć zamierzaią, a sami nieboręta niewiedzą kiedy się obalić muszą. Często się nawet trafia, że czasem y naystarszemu od mocnego korzenia, y naychorszemu od biednego łożka śmiertelne odłączenie nader cięższe etc.

+

Duobus modis erui possunt a Repugnantibus argumenta.

1mo Si duo contraria illorumque partes affectus scrutatus fueris, qui omnes comparati contrariis repugnarint: Scilicet odio contrarium est amor, cuius affectus vel Adiuncta vel causæ repugnant odio. Et si laudare venerari, beneficiis afficere, familiariter colloqui cum eo quem diligas, de eo crebros sermones inicere, absentiâ eius ægre ferre, aduersam eius fortunâ lugere, prosperam velle amoris sunt indicia. Labor verò ingenuus ad amici affectum, vultûs hilaritas, explicata frons, comis appellatio, crebræ consalutationes adiuncta sunt amoris. Similitudo vultus morum ac studiorum beneficia, necessitudo, propinquitas affinitas causæ sunt amoris, quæ repugnant odio. Argumentum ex hoc loco sic proponi potest. Si me amas cur me verberibus excipis? cur criminaris? cur me in conuitia iactas identidem; cur me inimicum aduersaris? cur me iacentem erigere recusas?

Altero modo si antecedentibus et consequentibus addas particulam, Non ut ea coniungas cum aliis pugnantia facta. Ut sol ortus ergo dies adde non sol ortus est, non est nox. Ingeniosum illud Martialis ad Sextum Lib. 2.

Vis Sexte coli volebam amare
Parentum est tibi quod iubes coleris
Sed si te colo Sexte non amabo

Usus eius esse potest ut fluant ex illo conclusiones Enthymemata, quæ plurimum acuminis habent, deducaturque frequens

confutandi

confutandi. Rao quam ex absurdo vel incommodo et impossibili dicunt Oratores cum aduersariis pugnantia cogitur aut victum se fateri. Inde refelli posset argumentatio illorum quos vel inuidia, vel desidia fouetas, in liuorem et contumeliam excitauit, vt audeant crepantibus buccis reprehendere cuiusdam ductoris fortitudinem, qui in alienas terras nostrum duxerat exercitum. Exempli gratia. Vide quantum distet argumentatio tua a re ipsa, atque veritate quod consuetudine maiorum factum est id quasi nouum inuentus gestorum a maioribus Illustrissimus reprehendendis. Quid beneuolentia factum est odio criminaris? quod inueniendo excitandorum causa id ad perdendum delendumque regnum spectare dicis, quod honoris gratia prudentissimus iuxta ac fortissimus Dux concedit id cum vtilitatis suae causa fecisse dicis, quod ad ggressiones rei militaris id ad illius perniciem referri confirmas. Neque haec tu non intelligis, sed vsque eo quod arguas, non habes, vt non modo tibi contra illum, dicendum putes verum etiam contra morem, contra Regni consuetudinem, tot Regum ducumque clarissimorum confirmata exemplis contra peritorum opiniones mentemque omnium. Est locus apud Ciceronem pro Caelio num. 45 et 47

Vsus repugnantium frequens est in amplificationibus, cum singula singulis opponuntur vt 7ma

in Verrem. num. 84 videre est. Diuus etiam Ambrosius. lib. 2do Cap. 9 pauperem licet, diuitem facit, ac felicem beatu Jacob. ex repugnantibus. Quid ei deerat cui Deus aderat? quis tam potens in suo domicilio, quam iste in alieno? quis tam abundans in vbertate quam iste in fame? quis tam fortis in iuuentute, quam iste in senectute? quis tam actuosus in negotio quam iste in otio? quis tam velox in curriculo quam iste in lectulo? quis tam laetus in flore adolescentiae, quam iste in mortis consilio? quis tam diues in regno quam iste in peregrino solo? quis tam validus in virtute, quam fortis iste in infirmitate? Pro domo sua habetur non inelegans exemplum. num 4.

Proponi solent eleganter repugnantia cum particulis. AT. ATQUI, CUR, CUI. QUID, QUAE, QUOD aut ceteris huiuscemodi vg. Quid ille Deum vitae salutisque auctorem odio prosequitur, qui Deo immolat, qui preces fundit, assiduas, qui puras in caelum manus leuat, qui nullum pietatis opus, nullum religionis genus intermittit. Vel per AT, AT odii in supremum moderatorem Deum insimulatur. At illi sacrificia pius offert, at orationes

tiones ad illum habet frequentissimas, at templa semper adit, at pietatis argumenta non obscura vel inuidis propo-
nit etc. et simile illud Cic. domus tibi deerat, at ha=
bebas, quasi diceret falsum est domum tibi deesse nam habebas,
atque falsum est te pecuniis abundasse, quippe agebas.
Habeat ergo hoc loco venustatem flos noster. Nec minus repu=
gnat venerari regem, et calcare lilia, quam Caesares adorare
eorumque statuas frangere, detererere laureas, honoris insignia
refellere.

# Punctum 8uum

## De Adiunctis, Antecedentibus, Consequentibus.

Ut diversis coloribus illitae imagines vnius vehementius
in suum aspectum, et contemplationem, oculos rapiunt et
animos, ita variis vndique Adiunctis perspersa quidquid cae=
li ambitu res continentur suauiorem quandam habent speciem
dignitatis. Illa vero vocant adiuncta quae licet
rem non componant, aut necessario committetur sunt ta=
men cum illa coniuncta. Porro Adiunctorum genera duo
a Rhetoribus recensentur, vnum personarum adquod reuocant
Nomen, natura, victus, habitus, fortuna, vita, affectio
Studia, Consilia, facta, casus, Orationes. Alterum

genus adiunctorum est rei ad quod reuocantur. Locus Tempus, Occasio, Modus, Facultas, Instrumentum. Quae singula si expenderentur innumera pene essent, nam vt Loci Montes Maria quaedam ab arte vt domus templum portus, haec quidem vel sacra vel profana frequentia, ampla, angusta, alta, humilia, priuata publica adusta sole frigentia frigore, quae omnia plerumque rem aut factam esse, aut fieri potuisse, aut non potuisse arguunt. Inde Tullius a Roscio patrem interfici non potuisse concludit quod Romae occisus sit, cum in agro extra vrbem esset Filius. Recenseantur praeterea concernentia naturam, quae vocant attributa naturae, dicunturque bona vel mala corporis naturam vero vocamus id, quod personis ab ipso ortu ingenitum est, siue aut agendum aut faciendum. Itaque ab illa fit vt alij sint ingeniosi acuti nonnulli ceteri tardiores dicuntur alij obliuiosi, bene memores alij, isti humani et officij patientes prudentes, illi vero imbeciles valentes, longi breues inhumani inurbani deformes formosi. Ad illam reuocantur et Natio et Patria variique diuersarum gentium mores, quae multiplicem argumentandi locum aperiunt. Ita Samios vocant morum indagatores curiosos mendaces, Cretas, veraces Persas, Cappadoces seruos, Lacedaemonios fures, Syracusanos adulatores, Megarenses fraudulentos, Athenienses fidos, Cumanos inertes, Phryges manacipia, hinc prouerbium Phryx plagis melior. Sybaritas

voluptate

voluptate perditos, Scythas solitarios, Hispanos alienis mensis largiores, domi victu asperiores, iactabundos duros patienter constantes, Gallos feruidos attentos ad rem suam et cetera similia inuenies apud Barclaium in icone animorum et Scalligerum lib. qui Idea inscribitur.

Patriam vero natio continet, quod latius patet vt non modo regiones sed vrbes ipsae magnam praebeant disputandi materiam. Inde gloriatum ferunt Platonem, quod esset Atheniensis potius quam Thebanus etc. Singula si expenderentur, in immensum opus et labor cresceret: vt tamen confusa saltem horum cognitio habeatur memoria est tenendus vulgaris ille versiculus omnia haec complectens

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

QUIS personam significat in qua spectantur adiuncta animi corporis et fortunae, in animo expenduntur affectiones, vt amor, iracundia etc. Vitia vt ambitio auaritia inuidia etc. etc. Artes denique et disciplinae vt Grammatica Poetica, Rhetorica, quae omnia latissime diffunduntur. In corpore figura species, color, deformitas, agilitas etc. In externis Nomen, genus Conditio, victus, vestitus, consilia consilia, facta, casus et cetera prope infinita, ab adiunctis animi fortunae, et corporis sumptum est illud Sallustii in Catilina. Lucius Catilina nobili genere natus fuit; magnâ

Vi et corporis et animi, sed ingenio prauo malorum, huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciui-lis grata fuere, ibique iuventutem exercuit, corpus patiens in-ediæ, algoris, vigiliæ, supra quam cuiquam credibile est, ani-mus audax, subdolus, varius, cuiuslibet rei simulator ac dis-simulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupidi-tatibus, satis eloquentiæ, sapientiæ parum, vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.

A corpore ductum est illud Martialis

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus
Rem magnam præstas Zoile si bonus es.

Quid negotium ipsum, quod geritur indicat, hinc suasus per-sequendum Moscouus dicit. Quid tandem fiet si hæc tem-poris opportunitas, qua in profligando foedifrago uti licet elapsa in annos subsequentes redundabit? Maiestas et Reipub. Poloniæ expilio an non serpet violentius? pax illa imperij, an non prorumpet, quadata porta è latebris? ille anguis so-lus tempore recreatus, an non exeret quod modo extorsit cau-dam, quam pridem militaris Regni ordinibus, designauit ad cædem alios, alios ad compedes: metuendumne iterum adulet-ne iterum uersetur, ubique furor metus in curia in agris Vr-bibus etc. etc. Videor mihi uidere cunctas arctissima obsidione arces, certo animo sepultas noua equitum peditumque iogenie Ahustria-

Vbi

Ubi loci differentias complectitur vtpote profani, sacri, Atlantici, remoti a mari, plani, montuosi, asperi, rerum gestarum vestigiis nobilitati etc. Ex quibus singulis possunt desumi argumenta. Sic posset exaggerari facinus perpetratum ab occisoribus D. Stanislai ex adiunctis loci, quod in templo sacrilegam necem fecerunt. Non dubito quin tametsi nullus in vobis sensus humanitatis nulla ratio vnquam fuisset religionis, tamen in aspectu sacrarum imaginum, ac delubrorum tremere vos necessarium esset? potuistisne apud vos esse? potuistis animo et corpore consistere? cum in Sanctum Praesulem tam impii tam scelerati, tam nefarii fueritis, sacrificantemne vos Stanislaum inuadere ausi estis, ipso in templo tam antiquo, tam sancto, religioso, manus impias et sacrilegas afferre conati estis? Si in pueritia non iis artibus et disciplinis instructi eratis, vt ea quae de templis literis mandata sunt disceretis et cognosceretis? ne postea equidem cum in ipsum templum ingressi fuistis potuistis aspicere, quod videre necessarium erat sacrarum assertoris, imo eandem in manibus sacrificantis, ante oculos vestros positam esse, tot imagines, tot sanctorum simulacra, quorum tanta est religio, vt nec hostes nisi fidei fuerint inimici cum vrbem diripiant, quid quam audeant in templis malefacti suscipere.

Auxilia non modo ministros, sed varia quoq instrumenta ad rem necessaria complectuntur. Hinc excurrere in laudem eloquentiæ posses, eam esse instrumentum ad præclara quæque conquirenda et comparanda. Quid suavius esse pt oratione, sententiarum apparatu, verborum ornamentis, affectuum nunc lenius moderatione nunc vehementius impetu elaborata? quid ea non persuadebit? quem dolorem n̄ est radice tollet? quos motus non sedavit? Fuebant effrenati Syllanæ tyrannides sicarij stricto ferro in Antonij Oratoris iugulum, hæc removit, imo hebetavit. Iuravit perituros ferro suo Lapsacenos bellator Macedo Alexander. Anaximenes prudens eloquentia et prudenter perorans sapientia victorem flexit victos exilio morte liberavit. Alter Phalaris vel Busiris in solio regnabat imperiosus, et aditu difficilis Sapores Persarum Rex, Eustachius ita emolliuit vt paru abfuerit, quia venerandum cæsaris insignem ad pedes eius proiiceret, et purpureum palu-damentum, cum penula Eustachii commutaret. Iacebat in suis ruderibus terræ Ionicarum ciuitatum ornamentum. Smyrna pauissima verborum energia Aristides Antoninum Imperatorem primo ad lacrymas et suspiria, dein ad rediuiuæ vrbis resuscitationem suscitauit. Leoninam plane ferociam orbis illud flagellum, Attila spirabat in vrbis

in Urbis Romæ excidium, sed fulminantes Leonis pannonici minas potentiore impetu Romani Leonis eloquentia repressit. Anxius in tenebris Manichæorum volutabatur lumen postea Ecclesiæ Augustinus, sed tenebras et mentis anxietates ambrosia eloquentia ambrosius discussit. Et ne antiqua repetam, vos lapsos vitiis, implicatos erroribus perplexos angusti cogitationum statuatis esse mentes absque numero. Quod dicitis sub humanissimi potentior ictu fulmineo hæc vis eloquentiæ divinis sacrarum Orationum expertis, scelerata peccatorum labe delevit maculas, et salutari fuga et miseria, miserrimos etiam eripuit plane servitute, incendit ad virtutem amorem, ad meliorem traxit frugem ex ipso plane vitiosæ consuetudinis barathro in admirabile filiorum Dei evocavit lumen, numerate utrosque virorum mulierumque sacra edrobia, conculcatos sublimes honorum titulos, mutatos blandientis licentiæ in summam severitatem luxus in tenebras splendorem, in egestatem opes in ~~mollitiem~~ parcura; thronos ~~et innata~~ in vilitatem, et innata vobis ingenuitate fateri debetis, quod nihil tale aut tantum, seu inimica seu propitia sors, ad nos sive extollendos sive deiiciendos exercere potest, quod non hæc suada sua

suauitate, vel contemnere edoceat, vel illud non in=
fringat etc.

Cur causam amplectitur, siue unam siue plures, ma=
xime tn efficientes vel finem, qui ad agendum impule=
rit. De hoc inferius ubi de causis. Huc tn revocari pos=
sunt ob quas aliquid factum sit, quales communiter in Thris po=
nuntur, uti in Nostris Thriis iam ad praxim reductis vi=
dere est

Quomodo rei gestae varios modos enucleat; si sa=
crificium, si triumphus, ~~siue~~ pompa, si caedes narratur, cuius
descriptio est apud Hegesippum. Cur vos saeva fata servatis?
quo diutius pertinacem animam trahitis? Qui oculi qui
haec videre possunt, vitam tot funeribus superstitem, nisi for=
te eo videntur sibi felices, quod iam miseriores esse possunt.
Quocunque oculos circumferimus ubique occursant funera, urbs to=
ta vacua civibus, plena cadaveribus mortuorum sepulchrum
est, et ferale quoddam bustum, ex quo excitatae favillae solem
ipsum maestitia confundunt. Hunc Patriae communem tumu=
lum soli nunc incolunt macilenti senes instar larvarum cine=
rulenta canitie, scissa veste, squalore et lacrymis obruti,
nudis ipsi filiorum mortuorum ossibus incubant etc.

Quando designat tempus: In temporibus prae
sentia, praeterita, futura cernuntur: in his ipsis vetusta re
centia, instantia, paulo post, aut aliquando futura.

Insunt


Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi naturam notant, ut hyems, ver, æstas, autumnus, aut anni tempora ut mensis, dies, nox, hora, tempestas, quæ sunt naturalia, fortuita autem et rei propiora sunt, longius enim magis, proprium est homini loqui, equo hinnire quam illi pileum cum ephippium ferre. Ex quibus facile colliges licet adiuncta sunt eius naturæ, ut rem necessario non conuincant, ubi tamen magis singularia sunt aut multa simul conglobata non parum obtinet roboris, ut in cæde probanda, telum, cruor, clamor, titubatio, permutatio coloris, oratio inconstans tremor etc. Exemplum huius loci datum est superius ubi de loco, quando crimen exaggeramus innocentis cædis ab adiuncto temporis numinum, sacrificii. Pluribus de his paulo post in Panegyrico Serenissimo Regi scribendo ab adiunctis dice. Interim nostrum ab adiunctis efflorescat Elium. Accedat ad cæteras filii virtutes, quod in tot familiaris sit insignibus idque non humano ingenio consilio, sed superum nutu, et voluntatis divinæ interprete facto in gloria.

Bene Rudolphus agricola Antecedentia, et consequentia non tam locum ab alys distinctum, quam argumentandi modum esse contendit: proinde non longam explicationem desiderat, cum in alys etiam argumenta tractentur, præsertim in locis causarum et effectuum. Dicuntur autem sic:

quæ cum re necessario cohærent, ut illa antecedant
et consequantur: vulnus cordis mortem antecedit, pru=
dentia virtutem, arma bellum, culpa pœnam, pœna vero cul=
pam sequitur, bellum arma, virtus prudentiam. Hæc
autem est inter Adiuncta, et Antecedentia, Consequentiaque
Differentia, quod Adiuncta ex natura sua non concludant
necessario, sed tantum sint verisimilia signa, antecedentia vero et
Consequentia necessitatem habent conclusionis, si modo talia
sint qualia esse oportet. Sic argumentatur Cicero pro
Murena probando eum non saltasse, quod ea in illo repre=
hendi non possunt, quæ saltationem necessario antecedunt
num. 13. Nemo fere saltat sobrius nisi forte insanit,
neque in solitudine neque in convivio moderato atque honesto, in=
tempestivi enim convivij, amœni loci multarum deliciarum
comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id quod
necesse est omnium vitiorum esse postremum, relinquis illa
quibus remotis, hoc vitium omnino esse non potest, nullum
turpe convivium, non commessatio, non libido non ebrie=
tas non sumptus ostenditur, et cum ea non reperi=
antur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitio=
sa in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te
umbram luxuriæ reperturum putas.

Jubet

Libet ex Antecedentibus et Consequentibus instituere Narrationem de tribus Regibus. Reges clarissimi CHRISTI IESU invisendi causa relictis imperiorum suorum gubernaculis, tot populos et urbes continuis itineribus pertransierant, quo imperabant tandem Hierosolymas accesserunt. Atque videte trium Regum ingressum in Civitatem, cum stellam ex aspectu suo amisissent, post deliberationem habitam adeunt Herodem, et illi Reges Regem de Rege Solymorum nato. Rex Herodes de rebus multis Reges percontatus est.
Ille tandem pro officii simulationem, per summam fraudem Reges dimisit, et supplicans humiliter ut post cultum Regis, quem quaesitum venerant, ad illum reverterentur, quod in animo sibi esset, quod illi fecissent debita religione facere. Accersere deinde Herodes peritos legis colloqui cum illis multa de Regum adventu, dicere, percontari ex illis tempus, et vatibus Messiae adventui praefixum, illi respondere, quod nollet Herodes audire venisse iam ex praedictionibus vatum divinorum, illud esse praesens quod aderat, quod videbat Rex. Progredi longius ut ab eo locum percontaretur, quo postquam omnia explicuerunt Herodes dimisit illos, et quod simul conuo=



calis militibus verba fecit, admodum iratus, quod delu-
di se ipsum a Regibus passus fuerat. Iam equidem
ereptum sibi putabat Imperium, et oblata verbi guberna-
cula succedere etiam Regem qui suis potentius viribus, sua for-
titudine et invicta de sede Regia se ipsum deturbaret.
Quis Rex e Tyrannis veteribus tantam exercuit crudelitatem,
acquirendae vel retinendae regiae dignitatis causa? quan-
tam in pueros infantes vagientes adhuc in cunis, et Ube-
ribus Maternis inhiantes adhibuit? Omnes qui crudelitate
sanguinis redditi fuerunt à pueris, ab infantibus manus ab-
stinuerunt, iniecerunt vero illis, à quibus vel violati fu-
erunt, vel coegerunt exercitus in se ipsos, omni copiarum
genere abundantes. Huius vero iussu milites in popu-
los et in oppidula districtis gladiis irruerunt, mucro-
nes suos fulgentes, pueris innocentibus in pectoribus crudeli-
ter infixerunt. Quare igitur tantae crudelitatis au-
ctor fuisti? quia puer erat natus. Quia infans tuum tempo-
ris exierat in lucem? quia fidem datam liberandi generis
hominum tuorum è crudeli servitute daemonis restitui vene-
rit, gratiam hanc referes? qui tam agrestes et barbari?
tam inhumani fuerunt et efferi? hac natura tuis istis
istis moribus, qui pro bono malum pro salute
pestem.

pestem ultimam auctori saluti suæ impiè, ac furenter, comparare cogitauerint, tantum ut quod tu fecisti facere constituerint. Candorem suum et pulchritudinem explicet per Antecedentia flos noster. Ita autem amplexum est regnum Poloniæ, ut regem illius in illa maiestatis sede, et iustitiæ solio sedentem sine liliorum insignibus non magis intueri liceat, quam sine luce solem. Ubicunque Regia Maiestas iurisdictura sedent ibi lilia, ubicunque lilia fulgent hic Regiæ maiestatis, quosdam radios præsentire te dices

## Punctum 9num.

## De Causis

De Causis plurib9 Physica; quanâ cognitio saltem radior, quia ad comprobanda ea quæ dictione assumuntur Oratori est efficax, adeoque pernecessaria, quare pauca de hac materia libanda. Causa a Philosophis dicitur principium per se determinans ad existendum: seu ad id quod fit. Cic. lib. de Fato num. 34 definiuit Causam, quæ id efficit cuius est Causa, ut vulnus mortis. Verum hæc definitio satis obscura, imò nec in rigore Dialecticæ adeoque nulla, non enim est universalis extendens

se ad omne id, quod est causa, sed definit solam efficientem, uti patet ex verbo hoc Efficit.
Deinde petit principium, id est pergit definire quod est in quaestione: ut si quaerant quid est homo. Quare facilius dixeris Rhetorice causa esse, id ex quo, vel per quod, vel a quo, vel propter quid fit aliquid. Unde quatuor causarum genera statuit Aristoteles, quae per se producunt effectum, vel adiuuant. Alia quae mouet et haec finis, seu causa finalis, quae mouentur est Efficiens, quae fingit est forma, quae formam induit est materia: et ista [illegible] rebus pene omnibus componendis prosunt. Ut si in domo construenda finalis causa est, commoda habitatio. Efficiens qui domum construit. Formalis est constructio talis [illegible] ergo erit [illegible] omnium causarum effectus, a Materiali causa contextum dicamus
Aristoteles lib. I Physicorum textu 82 talem materiae definitionem tradit in rigore Philosophico est subiectum primum uniuscuiusque ex quo aliquid fit, cum insit non secundum accidens, et si corrumpitur aliquid in hoc abibit ultimo. Clarius materia est, ex qua in existente fit aliquid, ita ut ipsa componat, id quod ex ea fit, ex coloribus certo modo collocatis, laminisque additis fit imago.
e [illegible]

Apud Oratores triplex est Causa hdi, Materialis ex qua, in qua, et circa quam.

Materia ex qua duplex est, una qua remanente et componente fit aliquid ut domus ex lapidibus et lignis, homo ex corpore et anima, i. domo ligna lapides, in homine corpus materia sunt, ex qua remanente domus, ut ex ligno pereunte fit ignis. Materia quod est subiectum formae et accidentis sicut paries albedinis, subiectum est, quod naturalis color in pariete recipiat, animus hominis scientiae, quod illa in animo haereant sublato subiecto, cui inhaerebunt accidentia: tolluntur et vicissim paries non est, ergo nec albus, ignis est ergo calidus. Cum autem circa materiam aliquid versatur, quotiesilla removetur, et subiectum sic rogatus Anacharsis, num in Scythia essent ebrii? nec quidem vites ait. Materia circa quam illa dicitur, circa quam varii actus, aut habitus vel facultates versantur. Rhetoricae nostrae materia circa quam sunt res omnes: nam omne quod est, aut est laudabile, vel vituperabile, si laudabile in eius laudem, si vituperabile in eius vituperium excurrere potest eloquentia, praeterea laudis obiectum sunt virtutes, oculorum et aurium illa, quae videntur, et audiuntur materia sunt: voluntatis bonum intellectus, i. quod intelligi potest, hanc materiam belle expressit Martialis lib. 5.

Colchidaque quid scribis quid scribis amice Thyestem
Quid tibi vel Niobe Baste vel Andromache

Mariae est mihi crede tuis aptissima carpis
Deucalion vel si non placet id Phaëton

Forma. Describamus ex Apuleio domum, quampiam ornatam. Medio luci meditullio prope fontis adlapsum domus est aedificata non humanis sed divinis manibus: nam laquearia summa citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae, parietes argenteo cuncti conteguntur caelamine, pavimenta ipsa lapide pretioso caesim diminuto in varia picturae genera discriminantur vehementer. Jam ceterae partes longe lateque dispositae, toti parietes solidati massis aureis splendore proprio constant, ut diem sibi domus faciat nitente quantumvis sole, si cubicula, sic porticus, sic ipsae valvae fulgurant.

Forma definitur quod sit ratio rei per quam res est. Estque triplex. Generalis prima, talis est anima in homine particeps rationis per quam constituitur talis non per efficientem, aut finalem neque per materiam: Nota Scaevola sit et hanc fuero sed ab ea mortem non timendam sibi, potiusque appetendam fortiter, quam cedens ambobus ... probat, idque per expositionem egregiam pro Sextio num: 47 videatur. De hac forma augustissime Trismegistus cap: II. Dic animae tuae illo abire, et dicto citius ibit. Praecipe Oceanum tranare celerrime illic erit, non ut e loco in locum elata, sed ut tibi iam existens. Iube in coelum evolet alis non egebit, neque ullum ei obstaculum, non solis ardor, non aether, non coeli volubilitas, non corpora astrorum, quinimo

penetrans

perudens ad extremam naturā peruolet, imò et extra eā si qd tibi intueri licet extra. De hac etiam forma disseruit Sallustius in proœmio coniurationis. Nos aciei et pugnæ formam ex variis authoribus concinnatā describam. In lato patentiq campo instruitur acies, stant in procinctu milites, ex hac parte glomerati inter se pedites, pes pedi vir viro, clypeus clypeo Clypeo oppacati, ære ferroq cataphracti, unus est omnium ardor, scintillant oculi spirant in vultu furor Martiusq fiduciaq permixtus horror. Hinniunt equi volitant signa, fulgent gladii concinunt litui, clangunt tubæ, et immani quodam strepitu tympana personat. Iam congressus iam pugna iam pulueris nubes variiq discursus, iam tormentorū flammæ et fragores, missiliūq globorū concitatæ grandines. Mox collisæ inter se instar rostratarū navium acies, trudunt, truduntur, feriunt cadunt vicissimq feriuntur et cadunt, alternis veluti fluctibus reciprocatæ. Sequuntur inde alia quæ solent fortunæ ludibria, cædes multiplices, deuictorū fuga, clades nunc singulorū nunc universorū, equites, pedites confusi, armatis inermes, integris debiles implicati armatis inermes integris debiles implicati, equi in crura suffossi palpitantes trunca capita, succisi poplites, spirantia cadauera, morientiū gemitus insultantium clamores: atq inter hanc rerū faciem exundans flumen sanguinis arma et auulsa membra involuit &c ff. Pugna militum

Altera accidentalis quæ ad naturā rei n pertinet, sine qua etiam res perfecta potest intelligi licet [illegible] consequatur

Ita videnti facultas ~~perfecta qua intelligi~~ accedit homini albedo planeti sine quibus tum homo tum paries intelligi potest.

Tertia Artificialis et extrema, quae est ab arte, et plurimum in figura et partium inter se ordine ac dispositione posita. Formam hanc artificiatam contemplari iubet in horologio tali modo. Mirari contigit aliquando multa quae prodiga Naturae liberalitas orbi solet dare universo, quae cum materiae nobilitate plurimum splendeant, illustrem tamen quandam eiusdem Naturae Parentis formam industria excogitatam, et artificio mirabili elaboratam praeferant. Atque mihi quidem in viridarium aliquod ingredienti, et ornatissimum naturae intertextum, aut tapetem variis suis inspicienti, videntur undique prolingua omnia, seu rosarum gratum ruborem contemplor avide, sive liliorum candorem admiror suavissime, sive purpurae hiacinthi sortem suae dolentis inspicio, sive cuiuscumque aliorum florum varietatem laudo, perfectius nihil, aut elegantius iis operibus affirmo reperiri posse, quae a tam docta Naturae artificis manu prodierint. Tamen postquam ad eadem quam vulgo Naturae ancillam dicimus artem oculos et animum transfero, haerere mihi suspensus animo videor, cui potissimum artificii palmam Naturae Magistrae? an discipulae arti adscribam? Qui hanc illi subiecerant, non viderant opinor exiguam hanc machinam, quae vel superos in admirationem aliquando rapuit, tam vario et solari discursu mirabile, una quidquid amplexu suo caelorum orbes immensi continent effingere sola potest.

Causa Effi.

Causa efficiens est quae aliquid est seu per se ipsam suo actu pro
ducitur. Multiplex est; procreans, ut Deus, Parentes, Artifi
ces. Alia Conservans, interimens alia ex qua ducitur argumen
tum, cum ea producuntur quae perniciem afferunt ut febris intemperantia
[illegible] est hic [illegible] mollitudinem et [illegible] Poeta sapiens, monet

Sperne voluptatem nocet empta dolore voluptas.

[illegible] revocantur Causae Physicae morales, quae actu quidem et agendo
non concurrit ad effectum rei censetur tamen concurrere, quod vehementer [illegible]
[illegible] in opus impellat. Sic enim monuit spes [illegible] Causa moralis fortitu
dinis in milite dicitur. Ad maxeris etiam hic suasorum monitionem. Illu
[illegible] homicidii Causam esse, qui autor alteri fuerit homicidii
quippe [illegible] hominem [illegible]
non quod revera caedem fecerit sed quia, nisi suasor accessisset, nunquam
in homicidium Causa efficiens irruisset.

Locus Causae efficientis est multiplex et optimus: amplissimum enim [illegible]
campum aperit, nec verbis solum sed rebus etiam fecundior fit [illegible]
in omnibus causis praecipue ceterisque rebus investigandis ut [illegible]
[illegible], effectibus, eventibus proponendis, ex quibus omnibus oritur [illegible]
[illegible] plures causae [illegible] Conglobatae, qua
[illegible] Romanus Orator Actione 3tia numero [illegible]
[illegible] hoc loco posset quod non sit degener a maioribus
[illegible] avorum [illegible] Cum illorum in rebus gerendis
[illegible] sed [illegible] maiorum [illegible]
consilium et prudentiam singularem et [illegible] hominis in hac Re
nostra memoriam volitare recordamur perspicimus id, quod [illegible]
dabunt te verum [illegible] fortitudinem et magnitudinem expressam [illegible]
[illegible] viderit Parentes tuo
[illegible]

Ita in oculis in oretuo, in gravitate summa in statu et incessu in omni motu corporis, cum apposita ad magna Resp: munia ad monstranda, dignitate [illegible] actionibus tuis [illegible] servanda [illegible] Resp in omni procuratione muneris publici cum integritate maxima, sine ullo vanae simulationis fuco Parentum virum effigiem ante oculos omnium insedium spectandamq proposueris. Si enim nascendi [illegible] parentibus natum fuisse clarissimis, et in omni officiorum genere cunctorum sermonibus et laude, cohonestatis ut ab illorum tu virtute non degeneraveris. Pravorsitas enim Illorum Parentum illos laudes obscuravit quemadmodum [illegible] bonorum contemptum et [illegible] familiam e tenebris in lucem vocabit. Quam ob rem sic affectus esse debes in posterum, ut necesse te putes insistere vestigiis Parentum, quotidie enitaris magis; donec aliquod tua virtutis in Resp [illegible] gloria monumentum, statuas et virtutis suo posteri ad tuam memoriam in similia praeclara facta excitentur. Haec enim ex [illegible] praestantia est, quae nota non solum hominibus sua aetatis fuerit, sed ad omnem posteritatis memoriam in aeternitatem [illegible] propagata

Valet ad hortandum a Causa hac Tullius Fabricium ad suscipiendam [illegible] causam impellit [illegible] Cogita quo loco sis, quid dare Populo Romano, quid reddere

Maioribus tuis reddere? fac tibi paternæ legis auctor, veniat in mentem qua Lege Populus Romanus de pecuniis repetundis opti mis, tacitis severissimisq Iudicibus usus est. Circumstant te summæ authoritates, quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant, quæ te noctes diesq commoveant, fortissimum tibi patrem Sapientissimum Avum, gravissimum socerum fuisse. Ad dehortandum etiam summopere conducit Cicero voluptatem perni tiosum hostem ex hoc loco subiecit ut in animis hominum illius acerbum odium excitetur de Senectute Num 40 &

Accipite optimi adolescentes veterem Orationem Archi tæ Tarentini magni inprimis et præclari viri qui nullam eē Capitaliorem pestem quam Corporis voluptatem hominibus dicebat a Natura datam hinc Patriæ proditiones hinc rerum publicarum eversiones hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci dice bat. Ad amplificationem multum confert exemplis Citan dis ñ immemor in quæ passim incides evoluendo historicos.

Causa finalis ultima quidem est Causarum destinatione tamen pri ma, nam sicut ex radice caudex rami folia fructusq erum punt sic ex fine tota vis et ratio humanarum. Iuvenit igi tur inprimis in iis quæ tractant rebus finem accurate cognoscere

quando ex eo prudens orationis distributio futura est. Est
autem Finis ut recte animadvertit Aristoteles id Cuius
gratia fit aliquid idque non extremum sed optimum. Et
recte Divus Augustinus finem perfectione esse ait non Consumpti
onem. Oratoriae sic definieris est ultimum ad quod res
tota refertur ut Sanitas finis medicinae, Victoria belli,
scientia Studii Scientiae maior DEUS cognitio Cuius cogni
tionis Cultus. Porro Finis hic duplex summus et de
stinatus Summus et perfectus is dicitur qui per se expetitur ut
est status uniuscuiusque rei in suo genere perfectissimus. Fi
nis primarius Sacrae Theologiae et Sacerdotis est Deum colere.
Finis Iuris prudentiae primarius est Rempublicam administrare.
Oratoris Politici dicere apte ad persuadendum destinatus
est Vulgo secundarius qui ad Summum consequendum comparatur qui
lia sunt bona Fortunae honores hi fines inter se connectuntur ita ut
qui finem Supremum et primarium expetit illa quoque debet amplecti
media quae ad illum obtinendum Conducunt si pace frui volu
mus foedus cum hoste ineundum est vel bellum conficiendum si
ne quo pax nulla haberi potest sicut e Contra removenda sunt a fine Contra
ria media studes Sapientiae? vitandum est iners otium, Elloquentiae fugi
enda

fugienda sunt ea quibus impediri potest ac retardari cursus ad Eloquentiae famam comparandam. Pietati sunt ea diligenter vitanda, quae puritati mentis offici[illegible].
— Usus Finis idem, qui et ceterarum Causarum eq[illegible] enim orationibus familiaris in laudibus. Est optima Commendatio pro Sexto Num. 98. Tu vero si aliquem laudare volueris a finali Causa conquire varios fines actionum illius quem laudaturus es. Sic v.g. si Regem serenissimum laudare velles a Rebus in bello gestis, congeres varios fines propter quos gessit bella, quales sunt restitutio in Polonia collapsae fidei. Pietatis, religionis amissae libertatis recuperatio, honoris Divini pro[illegible] conculcati pristinus vigor, templorum in[illegible] fanatismo sacrilegas tabula conversorum. Primus [illegible] Religiosarum familiarum, quas tantis sumptibus maiores nostri fundarunt, tanta vero ignominia et ludibrio hostis habuit, in suas edes revocatio et debitus illis honor plurima in praxi danda potest tamen fieri tota oratio et ab uno fine. Siquidam in Stemma Ostaliniorum quod est navis integram conscripsit Panagyricum ex hoc solo fine quod navis ista ad Portum glorio[illegible]

immortalis semper celebrabunt

Ad amplificationes graviores animorum modos ciendos. valet plurimum, Tulliusque non infrequens est ut patet pro Roscio Amerino Num 145 pro Murena Num 83 Secunda actione in Rullum Num 73. Nos causarum ultimam deliberationem concludamus ex fine. Quis fragilem aetatis nostrae conditionem ignorat, quam cito decor ille membrorumque firmitudo destituitur. Quis aquarum fluxus, quae pernicitas ventorum, quis avium volatus, cum eius celerrima comparari aptè conferri multa tione potest. Divitias si amittimus, recuperari easque iterum posse speramus aetas si semel abit quis revocabit? fugit, [illegible] illa temporibusque, ceu aliis quibusdam sui post se desiderium relinquit. Haec aeterna aeternum sui post se desiderium relinquit. Haec subicet Occasio apta est, quae a sapientissimis hominibus anteriore capitis parte capillata posteriore calva, et e manibus elapsa nec apprehendi amplius fingitur et nec detineri potest. Vt enim omnium rerum vicissitudines amplissimus laetissimusque veris tempus fervida aetas excepit: Hanc morbifer autumnus sequitur

autumnum frigida hyems expectat ita in homine pueritiæ et adolescen tiæ brevi surgit ætas
... ubi ... Sic flumina tacito cursu ripas prætereunt ... nostram exprimunt imaginem Hæc aut. Consideranda sunt ne ... florem ... suo certo ... instituto sic abire patiar, ... deinde

O mihi præteritos refferat si annos.
ad hæc quocunque animum oculorumque meorum aciem converto, cuncta quæ hoc cæli terræque ambitu continentur contemplor. Nihil ... otiosum, nihil frustra a supremo Conditore Numine reperio unumquodque munusque suum offerumque sustinet. Viginti quator horis cælum ab ortu ad meridiem in occasu celeri motu vol... ... ac revolvitur, secum sidera omnia rapit diemque et no... ... distinguens; ecque homines aut ad labores aut ad quietem vocat. Dux ille astrorum sol quam accurate suum annis singulis ... per ... cursu cæli signa: sunque ad nos ... varie ... tempora: ut aut purpureo vere, omnis generis herbæ floresque nascantur, aut spicea messo æstate flavescat aut plena spumet autumno vindemia labris. Aut demumque pruina nimbisque in hyeme omnia concrescant et congelentur. Quid reliquos ... planetas ... ... ceteros, quos relatum ... ... nunquam a statione sua in quam collocati sunt, ...

citatis temporibus, Circumspectus praecessu Circulum suum absolvit.
Variis aspectibus suis res mortalium, varie afficiunt ut taceam quae
in inferiore hanc mundi parte terra marique conspiciuntur. Itaque quid
tandem cuiusque rei seu sensum illa habeant seu eodem destituatur, quod
brutum seu sub caelo aliud, seu in silvis atque agris, seu aquis
vivat, liberam a certis sibi per naturam impositis actionibus vi
tam degit? imo aer, quem haurimus, terra quam terimus, lapides et
ligna quae tangimus, lumen quod oculis cernimus: fruges fructusque
omnes quibus vescimur ad id a Deo immortali hunc collocatis
in mundum esse videntur: quo vel ut sint divinae potentiae a maiesta
tis indicia: vel ut usibus humanis suisque invicem commodis varie inserviant.
Quid vero homo? solusne is hoc in mundi theatrum tanquam ... spectator
introductus est? nullum aptius munus? nullum vitae institutum est profecto.
quemadmodum enim aves ad volandum, pisces ad natandum, ita homo ad ali
quod in vita officium factus conditusque videtur. Eam necessitatem naturam
imposuisse omnibus hominibus vel ex eo patet, quod nullus sit mortalium, qui
non animum ad certas in vita actiones adiiciat. quid ergo agam?
Ad nostrum exemplum desinat causarum explicatio. Sive igitur lunaesper
parusque et lacteus Herculis Novercae Iunonis uberibus suppositus argenteus
uberum humor caelestibus stylis depluens tantum florem produxerit, sive
natura plenius sua munificentia vellificata evidenter in ... plantis in
venire divinius praecepit ingeniosa natura parens sive hoc secundum

omnes numeros absolutissimo opere vestræ Domus Illustrissimæ qua factorem heroicorum in Remp. qua pietatis in Superos splendori seu candori. Adeo ut exageratissimum Virtutum Vestrarum symbolum illud sit, et vos si quis omnibus natumq. Deum Stemmaticus suppleat abunde.

## Punctum

## 1. De effectis: et usu illorum.

Effectorum cognitio longe facilior et clarior quam causarum; cum effecta semper oculis pateant, sicut vero causæ fatigantur sæpius in cassum ingenia horum et illorum affectuum inquirendo causas, nec tamen inveniunt certo nisi conjecturaliter. Etsi solem moveri videmus seu motum solis, quis tamen solem moveat demonstrative nihil scimus utrum ab intrinseco id est a natura propria an ab extrinseco id ab angelo moveatur, quidquid sit quod dicit Philosophia non tamen demonstrat. Deus optimus Max: ex effectis cognoscitur, siquidem Deum quem colimus nec ostendimus nec videmus: imo ex hoc Deum credimus quod cum sentire possumus, videre non possumus, in operibus enim eius ejus mundi omnibus motibus virtutem eius semper splendentem aspicimus, cum tonat fulgurat fulminat, cum serenat.

Porro effecta dicuntur a Cicerone quæ sunt orta de causis ex quibus omnia causarum genera dicuntur argumenta uti ex omnibus causarum generibus ipsa demonstrantur: nam et causam efficientem ex his investigamus v.g.: militia auget imperii dignitatem, Remp. conservat, exteras Nationes atque provincias ad deditionem nostram adiungit, quis igitur in Rep. dignitatem habere neget militiam? Finem similiter ex effectis probamus, Princeps quispiam delectum habet militum, conscribit legiones, magnum belli apparatum instruit,

Duel

Dives convocat, ergo bellum meditatur. Cui sententiae adeo copiosus ut aliquando partes orationis integrae in eo plane versentur; in laudationibus valet potissimum ac vituperationibus, quae ex rerum bene vel male gestarum enumeratione constant, quibus virtutes hominum aut vitia fontes illarum et capita satis intelliguntur. Ex hoc loco fuse laudat Cic: pro Marcello Caesarem ab effectis: Pompei virtutem auctoritatem, et pro lege Manilia, et pro Cornelio

ebrietatis Balbo. Nos ebrietatis effecta carpamus. Quis pestes atque morbos innumerando percensere possit, quos in humanum genus importat hoc infame vitium? extinguit rationis lumen, obtundit aciem, ingenii animique consilium obtenebrat, ut in homine temulento videre est. Quid enim bestiae similius? imo quid infra belluas abiectius? ut lubricus et incessus, ut micant oculi, diffluunt genae, pedes titubant, gressus incertus totum corpus attonitum et ruinosum animi domicilium horret? Ut incerta verba, sit in pudor et ructat cum loterroni crapulam, interim sepulta ratio in fumosis vini et aut Zythi vaporibus nullum usum retinet, vigilans somniat, sine mari fluctuat, sine hoste terrores patitur, sine febri corpus tremit ut stipes iaceret. Ebrium non modo visu foedum sed et auditu iniucundum! quid has imagines quid has sordidas tetras

fingi potest aut excogitari; quod si non solum temulentum inspicias dum praesentior est motus atque vehementior sed convecto et lomitoque per somnum mero Deus immortalis qualis evigilat? quid ex frequentibus poculis nisi fax morosa senectutis tremunt manus et laxantur nervi, et quo mens spiritus sobru obruta est assurgere ad altiora non potest, neque nisi de sepulchro suo hoc est de iis quibus vina sepelitur canticis cogitare.

Ad Narrationes et descriptiones plurimum valent affecta: ex iis enim res clarissime subjiciuntur oculis. Descriptionem avari et tenacis ab effectis suggero desumptam ex Theophrasto et Plauto. Sordidum hominem vel potius portentum hominis si libet intuere; ut vestes habet strutas atque attritas, ut loculos habet situ obsitos, claves ferrugine illitas, oppletas araneis aedes, ut ipse capite est usque ad cutem raso ne saepius tonsoris opera indigeat: ut domi nudis fere pedibus obambulat ne quid interim calceos deterat. Ex pumice aquam citius quam ex eo elicueris beneficium, agrum quotidie inspiciat an limites eodem loco maneant immoti. Fructum de suo horto neminem gustare sinit, neminem per suum transire fundum aut illum caducum pomum tollere, ignem in aedibus extingui jubet ne quis corroget testula, et si quis forte vicinorum ut ipse sibi cultrum securim equum aut aliquid simile

Avari et Tenacis

utendum dicet, rogitet fures venis sedicet atq abstulisse.
Porro autem debitum siquis die praestituta non solverit ut est ille importunus exactor poenam pro mora, atq adeo usuram usurae solet exigere. Jam domi cum brumae est riget frigore et ne candelam accendat fellem circumfert cum oculis tanquam lucernis illustretur, at cum populares convivio est excepturus nec aliter fieri potest diu ante pertentat macellum pisces, vitulinam porcinam, caram vix emit omnia tum usq rediens secum, inter eundum mussitat, festo die siquid prodegero pro festo egere licebit satius est nihil emere, tandem deliberata diu decernens gallum gallinaceum ungula ad geniale convivium; et pueris unum natis pedes cristamq de capite resectam largiens. Capite hoc inquit, ingenium curate, quando semel prodigere oportet. Mox convocatis convivis, atq iis epulantibus summis labris ridens et interim quot quisq calices ebibat, in animo, numerat pene ad singulos ingemiscens.
Quod ad vim argumenti attinet non est ubiq ratum malum esse causam ex qua mali per effectus prodeunt fit enim plerumq ut ex alio fonte manent effecta quae certis causis adscribimus, cum ipsae tantum per accidens concurrant. Ut non est ferrum malum, quod interficit, sed nos ipsi improbi qui id in mala nostra convertimus, quod adversus feras aut hostes datum est. Hinc argumentatur Seneca dedit inquit Deus ventos ad custodiendam coeli terrarumq temperiem, ad evocandas supprimendasq aquas, ad alendos satorum arborumq fru-

ctus

ctui: quos ad Maturitatem cum aliis Causis adducit ipsa ~~[illegible]~~ ictatio attrahens Cibum in Summa et ne torpeat commoveant. At si laceravit Nau[illegible] tegulas et domin[illegible] deiciunt nostrum peccatum est qui peravaristi [illegible] elementa Mundi Confundimus. Quare effectu posito necesse est [illegible] fuisse causas ad effectum necessarias nihil enim fit a se praeter Deum. Unde frequens est argumentandi modus ab atributis effectorum ad similia [illegible] licet a bonitate effectus ad bonitatem Causae, a praestantia illius ad huius praestantiam, Item ab effectu laudabili ad laudem Causae. Quae effecta [illegible] habeant videamus. [illegible] tantum ob [illegible] [illegible] Magestatem Deo qua [illegible] est, sed propter magnas et uberes quas in [illegible] Commoditatem [illegible] utilitates. Quis enim nescit quod oleum [illegible] ad morborum remedia perquam salutare semper extitisse.

## Punctum [illegible]

## De Loco Rhetorico ultimo qui vocatur Comparata:

Est hic locus Comparationis inter primos sunt autem Comparata quae inter se conferuntur vel in quantitate vel in qualitate Comparata in quantitate Medicuntur, quando una res Confertur cum alia in Magnitudine vel paruitate, Comparata vero in qualitate sunt quando una res cum alia Confertur in ratione qualitatis v. g.: Virtutis, Utilitatis honestatis etc.

est autem triplex Comparatio primo Minorum ad Maius: quando ab adaequate minori argumentamur ad maiorem. Huius exemplum videre est in praesenti nostra oratione pro Balbo de [illegible] et aliis locis v.g.
Si bruta animalia amant Deos et venerantur a quibus aliquod acceperunt beneficium; quanto magis id facere decet hominem ratione praeditum.
Solet autem talis argumentationis prima pars plerumque probari exemplis et dictis virorum illustrium. Ut v.g.: Si in proposito exemplo velles probare primam partem, quod nimirum animalia grata sint suis benefactoribus, possles adducere primo exemplum S. Hieronymi qui quod Leonem laesum pede curasset loco gratitudinis ab eo accepit quod instar canis ubique eum sequeretur, et quoties opus erat varia portaret onera. Secundo adducere exemplum de Leone pariter S. Gerasimi. Hic enim e vivis sublato benefactore suo cum a quodam Abbate supra sepulchrum S. Gerasimi adductus esset istisque verbis compellatus: ecce hic senex noster sepultus est, moxque edito lugubri gemitu totum se in terram proiecit, percutiensque in sepulchro benefactoris, caput prae nimio dolore inedia se ad mortem usque continuavit. Adduceres denique exemplum de duobus delphinis piscibus marinis quos cum quidam Ceranus captivos ad bizantinum pecunia redemisset, et in mare li

beros dimisisset, non excidit gratissimis piscibus beneficii memoria; etenim cum postea submersa navi omnes naufragio interirent, idem pisces benefactorem suum iam iam pereuntem dorso suo, accurentes receperunt, et placido collocarunt in portu. 2da Comparatio est quando argumentamur a maiori ad minus; cum quod verisimilius est et convenientius aut non convenit tamen, aut verum est, colligimus aliud quod verisimile minusque conveniens est non convenire aut verum esse. Ut si Dominus et salvator in tanta demissione edidit argumenta humilitatis, ut cum aequalis naturae esset Deo, tamen velata maiestate, caelo stabulum permutavit, thronum praesepio, divitias paupertate; quanto magis decet sectari animi demissionem eos, quos quotidie ipsa fragilis et imbecilla natura admonet corruptionis, et ex quo orti sumus pulveris. Exempla huius sunt apud Ciceronem frequentia pro Murena Num. 9 pro Milone Num 16 pro Sylla Num 29 pro Plancio Num 78.

Tertia Comparatio est quando argumentamur ab aequali ad aequalem cum gradu comparamus par cum pari: cum ea vis est ut parium par sit quoque iudicium, et quod in uno valet ad mittatur in alio. Lex est qui occiderit patrem insutus in culeum deiciatur in profluentem ergo et qui matrem occiderit. Ex his tamen omnibus comparationibus potissima est animorum expugnatrix comparatio a minori ad maius facillime enim quod intendit probat et evincit. Ex hoc modo institutum est antiquitus gratulatio novi anni. Si antiquis solenne ut semper ac consuetum fuit.

Minor

Ut initio cuiuslibet anni non solum fausta fortunataque omnia precarentur iis a quibus in se aliquod beneficium redundavit. quanto magis idem facere decet iis qui vitae nostrae post optimum Numen exstitere auctores et a quibus tam favoris eximii, tam multorum beneficiorum in nos tam largiter profusa collataque monimenta experti sumus etc. Illustrare vero priorem partem orationis variis antiquitatibus et exemplis possis quae hic subnecto.

Populi Lybiae ut testatur Plutarchus fortunata primordia sibi gratulantes aquilas aureas loco strenae invicem offerebant, quibus istud Lemma praefigebat. Primaeque flos aetatis primaeva virtus primaeva felicitas currat et recurrat. Apud Nabathaeos teste Herodoto mos hic et consuetudo viguit ut in anni primordiis novam sibi gratulaturi felicitatem novo igne accensas faces mutuo sibi offerrent. Apud eosdem hic etiam mos viguit ut filii parentibus in anni primordiis omnia fausta et prospera precari adeo tenerentur, atque in signum amoris et observantiae cor duplici sagitta transfixum quarum primae ioci inscriptum auro fuit Vive aeternum. Secundae Diis genitalibus Patriae. Teste Polycrate Antiqui initio anni novi principibus viris loco strenae offerre solebant pelicanum aureum cum Lemmate amoris in patriam monumentum. Regi vero atque antistitibus offerebant Columbam argenteam, ut illorum integritatem vitae et morum

Candorem hoc collucent donatiuo Patribus plenaque familias formi

cam ut eorum arbores in frondentium circa se suspectam manerent ac reprehenderent

Differt vero comparatio a similitudine, quia in comparatione fit duorum comparatio seu eorum respectu alicuius tertii: in similitudine vero fit quidem duorum comparatio sed absque ullo respectu tertii, sed suum cuique attributum annectitur. Comparationis exemplum habes v. g.: sicut Ciceroni Catilinam hostem Patriae persequi, ergo et Bruto Antonium videri Patriae hostem persequi licebit. Ubi vides quod Cicero et Brutus comparentur respectu tertii muneris persecutionis quam merentur hostes Patriae. Similitudinis vero tale esse solet, sicut abeunte anima corpus fit tetrum et fit hominem cadaver; sic pereunte gratia Divina ex homine anima tota emoritur et ipsi ipso horrorem incutit, ubi manifeste advertere potes, quod comparentur duo absque ullo ad tertium respectu. Et haec de locis intrinsecis tam insitis quam ductis a proprietatibus quorum praxes copiosiores in generibus orationum demonstrativo, iudiciali, deliberativo inferius patebunt

## Industria de locis extrinsecis

Loci extrinseci dicuntur eo quod non sint illi qui rem per se in certo statu constituunt sed tantum externe demonstrant, comprobant, testantur, rem ita se, saltem probabiliter habere, et non aliter. Sunt autem historia, sententia, apophthegmata, hyeroglyphica, simbola, emblemmata, leges, enigmata, adagia, prouerbia, fabula, oracula.

Ex his quæ argumenta desumuntur Cicero Nomine testimonii Comple
ctitur seu ut vocant alii dicuntur argumenta quæ desumuntur aliun
de ad faciendam fidem de singulis aliquid ut et horum si quando
usus venerit notitiam habeamus.

## Punctum 1mum.

Quid sit historia? quomodo argumenta ex illa deducenda.

Historia ut dicit Cicero Est rerum gestarum expositio. Vel ut Clarius
illam explicat Cornelius Agrippa. Historia est rerum gestarum
cum laude aut vituperatione narratio, quæ Magnarum rerum Consi
lia actiones, exitus, Regumque et Magnorum virorum actus Cum temporum et
locorum Ordine et descriptione exponit. Ab historia sumuntur
argumenta desumptis ex illa exemplis, quibus probos ad gloriam et
virtutem excitamus, improbos a vitiis deterremus, vel quidpiam aliun
de ad publicum bonum stabiliendum derivamus. V.g.: Probare ali
quis vellet homines exteros in Regno Poloniæ honoribus non cumulandos:
adduceret hæc exempla ex historia Polona Lib. 4 Cromeri. de Rixa
Mieczislai Secundi uxore. Hæc Regina fuit in Contemptu apud o
mnes Polonos quos illa sordidos vocabat, honores non nisi suis teu
tonibus Conferebat. Mortuo demum Micislao acceptis clam magnis the
sauris et utraque Corona fugit in Saxoniam ad Conradum Imperatorem.
Simile huic Lib. 6 eiusdem historiæ de Cristina Vladislai 2di Regis Poloniæ
uxore quæ persuasit fratribus inferendum Regi bellum. Petrum Danum Comi
tem interfici voluit, sed tantum illi oculi eruti quibus divinitus recepti.

Septuaginta Septem Templa in Polonia ex lapide secto extruxit Vide Martinum Bielski qui ea numerat. Eadem Regina porcorum nomine Polonos vocabat. In Lib: eodem de Boleslao quarto memorabile proditionis ab exteris exemplum refertur. Hic Boleslaus pugnans cum Cruciferis quatuor Duces eius Nationis suo exercitui praefecit, quorum ductu et condictamine cum suis, ad silvas exercitus deductus ab iisdem ad internecionem deletus. In ea pugna Henricus frater Boleslai occubuit.

Historiae summum amplificandae orationis subsidium ministrant. ex earum enim notitia vocamus viros fortes alteros Julios Scipiones, Camillos, Alexandros, Thimaleontes, Themistocles, Pompeios, Epaminondas. Ex historiis iustos iudices dicimus Seleucos Solones, Lycurgos Bassanos. Ex iisdem eos qui amantes Patriae extitere compellamus Decios Codros, Curtios, Horatios Scaevolas. Historiae nobis suppeditant, ut mulieres prudentes et pudicas nominemus, Lucretias, Clelias, Aspasias, Zenobias Tanaquiles Cornelias, Sulpitias. Sulpitia enim cum a matre Julia diligenter custodiretur, ne cum Lentulo marito a triumviris proscripto exul spontanea in Siciliam iret. Clam famulari veste sumpta cum duabus ancillis, totidemque servis ad eum profugit, ut socia olim fortunae, sic nunc comes infortunii esset. Contra eadem historia nos edocent ut impudicas famosas nominemus Thaidas Poppeas Neaeras Semiramides, Uxoriosas, Cleopatras Impias. Tullias Tullia enim Servii Tullii Regis Rom. filia et uxor Tarquinii superbi imprimis Maritum ad necem patris impulit deinde Carpentum per cadaver eius in opprobrium eiusdem Patris agi iussit.

6 Eadem nobis materiam suggerunt ut duces prudentissimos in bello vocemus Pyrros, Fabios, Metellos, Papirios Parmeniones. Iustos vero nominamus

Posthumios Tubertos et Manlios, Torquatos. Posthumius enim Tubertus Dictator filium post humium quem, ut ait Valerius Maximus ad generis penetraliumque sacrorum successionem propagandam genuerat, cuius infantiae blandimenta sinu atque osculis fouerat, quem puerum literis mox iuvenem armis instruxerat, sanctum fortem amantem Patris et Patriae, quia non patris iussu sed sua sponte praesidio progressus hostes fuderat, victorem ferri iussit securi. De Manlio quoque Torquato scribit Livius Et citatus Valerius qui cum fuisset aetrio bello Consul, filium quoque suum Capitis condemnavit quod provocatus a geminio Mecio Tusculanorum Duce ad dimicandum sine patris mandato descendit, quamvis tunc de hoste triumphasset et opimia spolia retulisset, satius esse iudicans Patrem forti filio quam Patriam Militari disciplina carere.

Per historias itidem habemus ut Milites strenuos vocemus Attilios Cinedios, Scevas, Seianos, Dentatos, Caius enim Attilius in pugna quam gessit Julius Cesar cum Massiliensibus abscissa dextra quam navi Massiliensium iniecerat leva puppim apprehendit, neque prius dimicare destitit quam captam profundo mergeret idem factum in pugna navali verbosa laudum suarum Graecia adscribit Cynegiro Atheniensi Cassius Sceva Cesaris eiusdem miles ut ipse testatur Cesar lib. 3 de bello Civili Castellum sub cura commissum summo studio et incredibili fortitudine defendit omnes qui propius accedebant occidebat interfecit et denique sine regressu pedes pugnans sine ingentem stragem quem ipse e Cadaveribus Pompeianorum

militum

mentum commutaverat corruit. Cuius scientum alter alia in capite humerisque
vore. Vulnera et praeter dextrum oculum erutum centum et viginti ubi[illegible]
fossum apparuit. Alter item Scaeva sub eodem Imperatore militans in
Britannia sinum consulum quendam ex agris eminentem et ab ingentis
hostium copiis cinctum conscendit, et confluentibus undique hostibus, stantemque
depellere contendentibus immotus retinuit, quinque militum diurno [illegible]
lectura sola una dextra in hostium corpora adegit, ad extremum a[illegible] evagina
to gladii umbone depellens et Britannis et Romanis pulcherrimum fuit
exemplum. Jam vero tragula in femore laesus, saxo in ore contusus, gale-
ictibus perforata scuto plane cum crebris foraminibus absumpto, duabus
loricis onustus in undas insiluit, et ad suos enatavit. Ursoque impera
tore quod gladium in caede Britannorum fractum non amiserit sed bene col
locarit quam male rem egisset, parce ingens Imperator veniam [illegible] &c.

Historia nos edocent ut viros eloquentes vocemus Cyneas, Antonios, Hortensi
os, Demosthenes, Pericles, Tullios. Nam de Antonio testatur Valerius Maximus quod cum
Mariana Cynnanaque factionis milites ad eum interficiendum missi fuissent: vi sua elo
quentia ita feroces eorum animos emolliit ut a caede eius temperarentur et strictos
mucrones reconderent. Cyneas vero Regis Pyrrhi legatus tantum in eloquentia va
luit ut ab eo Rex pronunciarit se plures urbes subegisse Cyneae eloquentia
quam armis. Hortensium vero ipse Cicero vocabat Regem fori. Demosthenis
iam in omnibus auribus pelamata eloquentia. Pisistratus ita natura et arte di
cendi instructus fuit.

Vt Athenienses oratione eius capti imperium Regium in sua Capita et fortunas ei permi:
sissent. Tandem Vrbem Atheniensium pro arbitrio versauit et flexit Pericles
vnde prouerbium de illo, quod in labiis eius melle dulcior lepos habitaret. Et
alii eidem Comoniis vox quod fulguraret, tonaret, Graeciam totam permisceret.

Ex Historiis habemus vt prodigos Vocemus Herones Vitellios qui vo:
cabatur Patinarius Princeps. Sergios saltantes in Lupercalibus: Antonios Vitam
et Regnum in Conuiuio amittentes. Baltasares, Neronis et Vitellii cum proda
matus luxus. De Sergio scribit Valerius quod primus pensilia balnea constitu
erit; in Lucrino Lacu primus vniuersi generis pisces alere cœpit; ne ve
ut quidam gulam Neptuni arbitrio subiectam haberet, neue vlla tam sæ
ua tempestas incideret qua non Sergii Mensa varietate ferculorum abunda:
rent. Antonio Cleopatra Aegypti Regina illi poculi liquatum vnionem pro
pinauit qui toti Aegypto æquivaleret, hinc Cleopatræ vox Antonii Regnum absorpsi.

Ex iisdem Historiis e contra Vocamus laudabiles contemptores opum. Fabricios
Serranos, Cincinnatos, hi enim ex agris ad Consulares aut dictatorios honores
accersiti sunt. Atilius enim Regulus serens ab Aratro ad Imperium Cons.
Romæ vocatus est et ille rustico opere attritæ manus salutem publicam sta
bilierunt et ingentes hostium copias prostrauerunt. Quinctius quoque Cin
cinatus non nisi septem iugera agri possedit et ex his tria quæ pro amico
ad ærarium obligauerat mulctæ nomine amisit

Eadem Materiam subministrant vt Viros temperantiæ Virtute illustres
nuncupemus Septimios, Curios, Epaminondas, Catones. Septimii et Seueri humili

amenti

amictu contentus dicere solebat Imperatoriam maiestatem virtute constare non corporis cultu. Carinus Imperator in herba iacens et nigrum quoddam pulmentarium cum frustulo suillae carnis comedens Partho rum legatos excepit, iisque iniungebat quod vester huc adventus velit ego ipse sum quem a vobis quae ror, redire, et nuncias in Regi suo, nisi resipiscat, futurum ut intra unam lunam omnis illius ager tam glaber sit et nudus, quam hoc meum caput (erat enim calvus) vos vero manus in illam mittite et mecum pultes haurite si appetitis, sin minus statim abite, et extra castra Romana estote tanquam legatione omni iam defuncti. Epa minondas maximus et fortunatissimus bellator unica veste contentus vixit, quam vetustate detritam et laceram cum resarcire opus foret domi se conclusum continere cogebatur.

Jam vero quam egregie decoribus clementiae uocando eos Marcellos, Lucios Paulos, Pompeios Nerones Quinquennales, Constantinos veros Theodosios Alphonsos Casimiros Rudolfos. Marcellus enim captis Syracusis ex altissima arce coronatam lugubrem intuens illacrymavit. Pompeius Tigranem nominis Romani hostem infensissimum vultum et in conspectu suo iacentem benignus tulit, verbis eum recreavit, diadema quod abiecerat capiti eius imposuit. Similiter et Paulus Persen regem victum et ad genua sua procumbere parantem dextra manu allevavit, in spem erexit communem mensae adhibuit ostendens quod etsi egregium sit hostem vincere, non minus tamen laudabile infelicis scire misereri. Nero per quinque annos in imperio tam fuit optimus ut post quinquennium pessimus, subscripturus enim mortem cuiusdam militis, exclamavit, quam vellem nescire literas, quam vocem admirans Magister eius Seneca sic in laudem eius excurrit. O vocem in concionem omnium mortalium mittendam! in cuius verba reges Principesque iurent, O vocem publicam humani generis innocentia dignam! De Constantino ait Eusebius. O singularem tuam Constantine pietatem! nihil enim est tam conspicuum quam in pectore tuo bonitas. Theodosius dicere solebat, malo me lenitatis meae et clementiae poeniteat quam pudeat severitatis vel severitatis aliquando remordeat. De Casimiro Principe hoc Cracoviensi et Sandomiriensi ac postea Rege Poloniae testatur Cromerus, quod Conrado Visliciensi Polono suo in talem percussori ignoverit, et frementibus in percussorem amicis respondent, amici ipse minus quam ego peccavit, nam quidquid peccatum est meum est calore subita ira (cari ad sapientes quidem semper sunt) Transversum eum vehit et agmentem manum movit. Ego causam cur probri? (ideo enim hic eques Regem expostulaverat, quod magnam pecuniae summam per chartas lusorias perdidisset) Cur oblitus conditionis et dignitatis meae quasi cum pari lusi vecordi? Joannes non veniam solum a me, sed gratiam recipe, qui me castigatione docuisti, ne quid in posterum indignum Principe committam, ac intra decori ac gravitatis metam consistam. Rudolphus unus Imperii celsissimis quibusque aditum petere volebat, dicebatque adhuc per Deum sinite admo venire homines? Non enim ideo imperator sum ut in arcula includar.

de Maximiliano Zelo scribit Lipsius in praefatione, intuetur. Nihil gratiae cantaloquar sedens bene quam vidi ipse Viennae! admittebantur ad sacros sermones tuos privaticum principibus, Paganum cum militibus civicam feminis plebeiam cum pueris intermistio: querelas seu desideria sua promebant, non solum patienter audiebat se sed interdum manu et vultu ipso si quos forte modestius ille splendor percusserat recrearit minutante: Alphonsus Rex interrogatus cur erga omnes etiam malos ita lenis esset respondit quia bonus.

Pericles denique moriturus amicis virtutes eius recensentibus et deplorantibus subiecit, aut ... aut fortunae laudatis: et illud maximum omittitis quod nemo opera mea ... induerit.

Liberales ex cognitione historica describes si illos voces Gillias Agrigentinos Traianos Commodos Ptolomaeos Theodoricos, Cydones Corinthios, Titos Vespasianos, Cleomenes. Ptolomaeosque Arcesilaos. De Gillia Agrigentino scribit Valerius quod prope modum ipsius liberalitatis praecordia latuerit, domus eius quasi munificentiae officina credebatur, et quod Gillias possidebat omnium quasi commune patrimonium erat. Traiani liberalitas etiam in nummis excudebatur. Commodo Imperatori propter profusam liberalitatem nummus fuit percussus cum inscriptione temporum felicitas. Theodoricus Rex apud Cassiodorum non ... principum characterem vocabat quam liberalitatem. Idem dicebat melius donatiuo quam sceptra Regi.

Marcellum Comnenum Imperatorem Nicetas vocat mare magnificentiae et abyssum misericordiae: De Cydone Corinthio propter inexhaustam eius liberalitatem, adagium fuit semper aliquis in Cydonis domo. Titus Vespasianus si aliqua die quempiam non ornasset dicere solebat amici diem perdidimus quam vocem cum audiisset Alphonsus subiecit, gratias ago D. O. quod eo modo nullum diem perdiderim. Cleomenes et Ptolomeus Reges Aegyptiorum adeo liberalitatem adamauerant, ut etiam cognomina beneficiorum inde deportarent. Arcesilaus a ... Clesibium aegrum et pauperem cum inuisisset sacculum pecunia plenum clam pulvinario eius subiecit ut pudori amici subueniret. Plura de liberalitate inferius ubi de genere demonstratiuo.

A pietate quempiam ex historiis laudabis adscribendo illis pietatem. Agesilaus Pausaniae Vladislai Regis Poloniae, Maximiliani Rudolphi. Agesilaus enim etiam in hostili terra delubra venerabatur Pausanias vero in pugna memorabili ad Plateas, urgentibus Persis vel multos e Graecis interficientibus

n primis tu bellum inchoauit quam sacrificium Diis peregisset, in quo sublatis ad Cælum manibus orauit, ut si in
fatis Græcos non foret vincere, ut saltem ac multis in eo fauore aliquo memorabili edito vero indulgerent. annu
it Cælum votis magna clade profligati hostes documentum dederunt omnes arma stringere. Deum vero et
pietatem in omnibus vincere. Rudolphus hoc nomine secundus Imperator Romanorum etiam symbolo pro
sterio suam pietatem testatus est Aquila nimirum sole intuente cum inscriptione. DEO et saluti pu
blicæ. Maximilianus quoque eandem erga Numen optimum pietatem obtestaturus, habuit pro symbolo cor
humanum virentis lauri foliis cinctum cum inscriptione. Cor Regis in manu DEI est. Eduardus
sextus Angliæ Rex symbolum acceperat orbem e Cælesti manu in Catena aurea pendentem cui ad
scripserat Nihil sine Deo.

Historiæ etiam in maximarum rerum descriptionibus Oratorem iuuant sic V: G: si describeres
Cyrum memoriæ facultate insignem appellares Cyrum Scipionem. Persicum adolescentem. Esdram Hebræum —.

Cyrus enim tanta memoria valuit ut omnium suorum militum quorum tot mi
lia habuit in exercitu nomina et cognomina nouerit idem legitur de Scipione.
Persicus adolescens triginta sex millia nominum eodem ordine quo audiuit
rursus ex memoria recitauit. Esdras Hæbreus omnes libros Moysis a Chal
deis exustos recitauit memoriter. de eodem scribit Josephus Lib 11 Cap.
5 quod dictauerit per quadraginta continuos dies quinque amanuensi
bus sine intermissione ducentos et quatuor libros. E contra stupidos, igna
vos, obliuiosos describendo diceres Bhotios, Herodis filios e Colch
thracum aut albanorum postremos. Bhoti enim apud antiquos stupi
dissimi censebantur. De Herodis filio tradunt authores quod primas
literas addiscere non potuit etiamsi tot haberet seruos quot sunt
in alphabeto notæ. Thraces et Albani tam crassa utebantur ingenio
ut lunam capiti impendentem timerent ne caderent Cælum scalis adiri
posse putabant

Lumen ne a pullicibus urgerentur extinguebant.
Ex Historiis habentur exempla ad omnes plane orationes in quouis stylo, item ritus, Stratagemmata et prodigia. Et quidem dentibus allidi Stratagemmata in parabella politica, interea obiter aliqua prodigia Oratori tam prophano quam Ecclesiastico ad Narios Oratoriis usus Seruitura subnecto. Scribit Liuius quod ante Punicum bellum primum bos mugitu in sermonem humanarum conuerso animos audientium terruerit. Infans semestris in foro boario triumphum proclamauit. Alius cum Elephantino capite natus anno urbis 544. In Gallia lupus vigili e uagina gladium abstulit, ante cladem Rommanorum ad lacum trasimenum Praeneste lapides dentes cecidere. Arete Iosus Herculis cruentis maculis manauit. Ancii in agro metentibus cruentes spica in corbem proiecta. Sortes sua te prolapsa ex quibus una scriptum fuit Mauors telum suum concutit. Bello secundo punico Cneo Domitio fernat bouem dixisse Caue tibi Roma. Durante itidem hoc bello, stagnum Mantuae in minturnis amnem sanguineo fluxit. Reate saxum ingens sanguineum uolitare visum. Interamne lac manauit. In exercitu Xerxis quem aduersus Graeciam mouerat equa partu leporem edidisse testantur historici. Monstrum ..... infelicem portendebat belli apparatum quod scilicet ille qui mane classibus terram pedestri operuerat exercitu ut fugax animal

animal pavido regressu Regnum suum repetiturus fuerat.

Expugnante Alexandro Magno Tyrum potentissimam et florentissimam Urbem milites quidam Macedones cum panem frangerent manantes sanguine guttas notarunt. Apud Tyrios ipsos quoque cum ferrum excudendum igni impositum esset admotisque follibus accenderetur ignis, ~~hinc ferr~~ sanguinis rivi sub ipsis flammis comparuere. Utrumque prodigium Tyri expugnationem et ruinam significabat. Idem Alexander cum Gazam obsideret et ante urbis expugnationem sacra Diis patrio more perageret Corvus praetervolans glebam quam unguibus ferebat subito demisit, quae in caput Regis delapsa resoluta diffluxit. Corvus in proxima turri consedit, quae quia erat bitumine et sulfure illita alis turri adhaesit et a circumstantibus captus est. Consultus Aristander respondit Urbem quidem capiendam sed Regi a periculo gravi timendum: quod evenit nam Alexander in hac pugna sagitta laesus, et saxo in crure afflictus +

Nec Polonia nostra talibus caruit prodigiis ante cladem Bucoviniensem in Moldavia qua exercitum nostrum ad internetionem deleturus erat Stephanus Voievoda seu Palatinus Moldaviae haec contigisse dicuntur.

Equus generosus cui insidebat Rex Joannes Albertus in parua satis tor
rente lapsus et in modica aqua suffocatus est. Nihili quidam e motu
mentis clamabat Nostri in suum malum proficiscuntur. Ante cladem
Ukrainensem gladius in caelo uisus ignitus sine Cruce. Buchna sangui
neis lacrymis flevit miraculosa imago Beatae Virginis Idem factum
Misleniciis. Ingens Numerus Ciconiarum ex Russia Ortus ad Sanam
usque fluuium delatus est. Signum fuit quod ad hunc usque fluuium
Tartari missi Ukrainensibus omnia Vastationibus et ruinis im
pleturi erant. Simile quid legitur Anno 1335 quod tanta locusta
rum uis Poloniam peruagata est, ut in Uolatu Solis aspectum hominibus adi
merent, humi Uero strate ob multitudinem maximam equorum ungulas supe
rarent. Subsecuta prodigium maxima annonae Caritas. Ante illam cladem
qua Tartari omnem Poloniam peruaserant, regnante Boleslao Pudico mira
praecessere ~~uestigia~~ prodigia. In Silesia ad Michalouiam pagum inter Odram
et Nissam per triduum sanguineus imber pluit. Acies armatorum
inter se Concurrentes uisa. Puer Semestris prolocutus tartaros aduentu
ros, et Polonorum Capita praecisuros seque eodem fato periturum.
Quod totum post annos duodecim contigit. Constans quoque fama est in Con
uentu Sandomiriensi Patrum Dominicanorum quod Sacerdos Sadocus qui
Cantat Martyrologium inuenerit aureis literis scripta haec verba
Sandomiriae quadraginta Martirum Ordinis praedicatorum

ante irruptionem

Ante irruptionem nuper factam a Carolo Gustavo Sueciæ Rege dirum portentum Poloniam terruit A° 1654 Julii 9. Quod in facie Solis occidentis comparuit. Super nasum Solis visa est Crux in Cor conversa quod cum gladio transfixum declinans in partem faciei Solis sinistram stetit sub oculo. Sub altero autem faciei Solaris oculo visa est armata manus pomum tenens quod de manu per oculum se in frontem attollens in quatuor partes est divisum ac super orbem Solis ascendens in virgam conversum

Tractantur autem Exempla ~~[illegible]~~ per figuram repetitionis sic Cic. pro lege Man: testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sulla hujus virtute et consilio confessus est liberatam, testis est Sicilia quam multis undique cinctam periculis non terrore belli sed celeritate consilii explicavit, testis est Africa. Sic quidam Rex Orator proponit Exempla ~~Possent nobiles~~: Vos hæc nominis immortalis tam stadiis stabilitis fundamentis tandem aliquando ad colenda studia invitabit quam gloriosus Pericles qui legem ~~tem~~ propter illum toties laudatum ac pene cælestem a suis Olympius est vocatus.

~~Tho~~ tractantur exempla per Apostrophen V.S: Vestrum hic appello silentium Clamyse quondam nunc autem cælestium linguarum cantu consopita Porticus Philosophorum. Vestram Academiæ licentiam nunc tamen meliori libertatum flammarum novelam pressam tuam Areopage taciturnitatem, qui quantum a via vera sapientiæ aberrares ostendebas dum in tenebris ac nocte civium causas cognoscebas. Tua Lemnum appello Roma squalentia corpora, tuam curam elinguem ac mutam, tuum illum senatum in ipso flore senescentem.

3tiò amplificantur exempla per repetitionem mistam Antithesi seu Contrapositioni v.g. ut agrorum, ita et ingeniorum magna est varietas alia aurea, alia Plumbea videntur. Animadverte quisquis es et inde matura
suo militi nominum simul audita Corsicum adolescentem de quo supra vilu ceres pari modo conferas nunc ista ingenia cum Thrasonibus albanis qui lorum capiti impendentem timent ne cadat.
4to Proponuntur exempla et praecipue sibi opposita per figuram concessionis cum reiectione. v.g. laudaris Regis nostri clementiam per exempla opposita ita faceres. Gestent alii Imperatores fulmen tonantis Jovis in manibus gravent aliorum dexteram clava furentis Herculis: vibrent alii fulminantis Martis hastam alii Neptuni ferocientis trydentem terroris portent insigne Princeps noster alia incedit via, portat in oculis amorem, in fronte serenitatem, in ore gratiam, gestat manibus gladium, sed pacata hebescentem olea. Omnibus denique corporis et animi votis humanitatem praeferre gloriatur. Repetio haec valet etiam ad tractanda exempla similia
Nota Primo Quoniam exemplis cultissima addenda sunt epitheta si illa in laudem citantur è contra si in vitii genere [illegible] ergo de epithetis unde sumenda.

Epitheta

Epitheta ergo sunt. uno metaforica 2do desumantur a maio ribus, Parentibus a proprijs locis, fluminibus, montibus, vrbibus, provincijs, ab authoribus et inventoribus, a Regibus et Ducibus et omni Patrocinio. Ut arctoum sive Parrasium frigus Alpinæ nives, Dedaleum opus, Parium aut Castium Marmor, Indicum ebur, Hircana Tygris, Libicus Leo, Niloticus Ægyptus.

Tertio Pulcherrima sunt Epitheta desumpta a copia rerum quæ in aliqua terra loco et Regno reperiuntur sic vocamus Indiam gemmis superbam ob gemmarum divitias Eleum equum ab Elida provincia in qua generosi nascuntur equi. Lumen quoque addunt orationi apposita sumpta a maiestate dignitate et officio, tam nobili quam vili, Ut animus regius servilis, potestas ducalis, pectus et caput senatorium animus Dux et rector mortalium, Dna Orbis Roma &. Non minus elegantiæ habent illa epitheta, quando tribuitur parti aliquid quod servit toti. Sic Dni ac Salvatoris nri vocamus redemptores pedes, aut redemptrices manus, victor pes Pompei invictum pectus, igna iam et timidam Manum. Laudantur et illa epitheta quæ a qualitate sui animi seu cuiuspiam rei desumuntur. Ut decolor indus, torrida sole Africa, mendax Creta Levis et inconstans Græcia, ardens ignibus Ætna. Epitheta oratoria desumi possunt ab effectu, et præcipue a virtutibus rebusque præclare gestis et fortiter, Ut domitor Moschorum Vladislaus Rex terror Turcarum Hunniades dominator et domitor Orbis Herculis &. In vituperium e contra sumitur adiectiva ab effectibus nefarijs et scelestis Ut v.g. Proditor Cælestium arcanorum Sisyphus, Contemptor Deorum Mezentius, Nefarius convivia Tantalus

Felix

terrarum praedo Alexander &c. Ab habitu etiam ut Clypeatus Aiax, Loricatus Hector, togatus Romanus, hastatus Polonus pharetratus Persa & optima et illa sunt epitheta quae Regi exprimunt Naturam, aut ipsi Regi sunt congenita vel certe exprimunt proprietatem Regi, ut imbellis columba ferox aquila, rapax lupus annosus coruus timidus Ceru & Laudantur et illa quae tanquam causa alicuius rei ponuntur. Sic opes irritamen ta malorum male suada fames, bellum, pestis urbium Mars regnorum excidium Illa etiam habent singularem in oratione venustatem et maiestatem, quando pro derivativis ponuntur. ipsa primitiva seu in laudem seu vituperium: ut iustus non iustus sed ipsa iustitia, non fortis sed ipsa fortitudo, non viti osus sed ipsum vitium. Non minorem demum dignitatem habent et illa quae sunt nomina propria alicuius personae, et ob similitudinem alteri applicantur vg: Sic de aliquo Heroe dices novus Alexander, novus Julius vel de Czarnecio dic posset novus Cafer, non illam vitam suam existimat, quae corpore et spiritu con tinetur sed illam quae urgebit memoria seculorum omnium quam posteritas alet. quam ipsa aeternitas semper intuebitur talem usque in illa Tutunda Patriae calami tate Sarmatiae Traiani iudicium elegit eam quae vel Themistoclem vel Scipionem belli Scipionem.

Noto secundo in collocatione verborum quantum fieri potest disiunga tur adiectivum a substantivo ut in hoc exemplo Et quis mirari satis non bicam effari posset non eximis tuorum verborum copiis latrocinantes rebel lium centurias, imo integras fere Colonias ferro compressisti volantibus

per agros

per agros profugorum reliquiis Iuliae in tuam venientibus potestatem, qui prae timore exegerant de sua. Ubi vides disiuncta adiectiva a substantivis. Cavendum tamen etiam observandum in plerisque orationibus, cavendum praeterea ne ista transpositione nimia adiectivi a substantivo fastidium auditori generetur. quod observandum ne transpositio fiat longa, hoc est ne plurimis dictionibus adiectivum a substantivo dirimatur. Secundo ut frequentius adiectivum antecedat substantivum nisi adiectivum sit superlativi gradus; tunc enim elegantius postponitur substantivo ut homo prudentissimus &c. &c. Iam vero si duo adiectiva cum aliquo substantivo ponenda sunt, ut unum ex illis quantum fieri potest, praecedat substantivum nomen, aliud subsequatur et substantivum in medio ponatur, ille homo scelestus melius dicet quam ille scelestus homo, illa caedes crudelis nisi forte in clausura periodi concurrant ad unum substantivum duo adiectiva, tunc enim melius ponuntur adiectiva simul, et periodus clauditur substantivo.

## Punctum 2dum

## De Sententia et quid sententiose dicere.

Sententia Graece Gnome est sermo ad mores et communem spectans vitam et ostendens quid in vita expeti quid agi quid vitari debeat aut soleat v.g. gloriosius multo est virtute quam temporis dono tenuisse. Sententia alia est aperta seu universalis quae non est determinata ad particulares circumstantias certasque personas ut v.g. Ita se res habet ut sub: ruina quisque malit

quam sua proteri.

qua sua proferri: Alia vero est occulta singularis adstricta circumstantiis personar. locorum, temporis ut v.g: non errabis o senex ad sepulchrum.

Tractatur vero sententia si eius sensus expendatur pluribus qui si duplex sit seu praecipua habeat duo membra licet non expressa singula expendenda. Praesertim si una pars sententiae est depressiva alterius tunc poterit trahi sententiae dilatatio a contrario primo, ut in hac nostra parte videre est, in qua dilatatur haec sententia, Ingenii stat sine morte decus quia sine morte est particula depressiva qua si diceretur mortis potentiam non timent literae quare commode poteris in dilatatione eius sententiae exaggerare imperium et potestatem mortis subnectendo postmodum in secunda parte quod licet haec tanta sit potentia non tamen ei subiacent literae quae sunt ingenii partus sic v:

g: Mortis imperium in omnes est, quibus mundi firmitas, hic infirma omnis fortitudo hic in imbecillitatem desinit, quidquid oritur et in publicam lucem prodit in occasum imperio et vim mortis agitur. Cur ergo mortales illustri illustrissima magnifica inberis nomina. Mox aeterna noctis caligine obscuranda duris marmoribus acta et vitam insculpitis. Sed lambet tempus rerum edacissimum utque chalybeus celavit stylus formavitque nomina, exequabit vetustas planumque reddetur marmor solum ingenium interitus expers est in illud ipsum nulla mortis potestas: armamentaria quaeque contra omnes munitis insultus retundit spicula artes eludit fraudium technas frustratur. Expectat sane belli socias in imbelle ut aiunt ingenium omnis generis calamitates non illud eorum penuria a statione movere non temporum iniu

rio sed: Cuicis

iniuriosa vices a proposito deturbare scopo, non iniqua Fatorum vis, non exulcerati in exitium malevolorum mentium conatus, non armorum fremitus, non furentis in caedem et clades insatiabilis Martis furor nec diu adnitentium inclinare, sed nec sine invito aiso poterint attentare. Perennat perennabitque quod ingenio decus, seculorum decursus laudes. Ingenium est gradus ad aeternitatis penetralia gloriosa multorum invidia hos conscendit passu donec temporum revolutio aeternitate consummatur.

Si vero sententia talis nam sit, quae esset bimembris tamen universalis id est non adstricta circumstantiis certis poterit bene explicari et exponi per subiectas ipsi partes. De praxi explicationi similem sententiae huius. Quem saepe transit casus aliquando inveniet VS: Humanam naturam rerum agitari vicissitudine is negaverit solum, qui humanitatis et rationis inpos est. Usque adeo nemini parcit, ut et in eos audeat quibus imbellis adhuc aetas nec solidata membrorum compages et hos vexant seu morbi seu exanimant casus expertes licet rationis usus non calamitatum et casuum. Crescit cum aetate malum ipsum enim fervescentis aetatis ingenium casuum est irritamentum et nutrimentum. Saepe arma quae arcent pericula provocant in propriumque latus a quo pendebat saevit gladius, illud toties letali hausit vulnere emissusque globus reciproco ictu authorem ferit et interimit. Frustra equis sublimes calcatis casus exalto enim dum despicitis in ruinam nos met ipsos inclinatis quo vehementiores eo prae

sentiores

eo præsentiores periculo. Pacato qui vehens oceano tempestatem time vehis rerum periculum et casum alternis vicibus paulo post forte cui innitens trahi ipsa tibi specie se incumbat in profundumque mergat.
Extremam vitæ humanæ lineam casibus quod eximat? ipsa deflectit sua sponte ac ruendi ne ætatis irrevocabili casu in tumulum, in hunc senecio ut cadat ætas multæ enervata laboribus vires, morbis exhausti artus cogunt dantque in quendam post modum vermibus, myriadem hanc malorum quod distinguat, quis recenseat? quisque fugiat? non se in casus dat afflicta ex afflicta valetudo, dabit integra: cum uncia cicuta, acinus aut pilus cum lacte haustus vitæ tuæ scindet filum, regeque tremo casu alludet. Desine in ... casuram imbricem caues, et suspensam ab aquila testudinem calvitium non effugiet lapsum et possent plurimi fortuiti casus ennumerari quibus nos subsumus. Concludendum demum verum sic necam: Est ex aliis tractandæ sententiæ modus qui vocatur Chria de qua Poetica prætorea iam praxibus modus iste propositus est videantque ea lib. dilatationes paulo longiores his similes de concordia proposuimus.
Hinc iam patet quid sit sententiose dicere nam qui collectis aliunde sententiis loquitur, non loquitur sententiose sed utitur testibus et qui apertas proprie sententias authoritatis affectione et satietate nauseam creat. Ille igitur solus dicit sententiose, qui unusquisque sententias tempori et loco et personis apte connectit In quo maxime Orator desudare debet, tene tur nihilominus summa industria et diligentia sibi comparare varias Sententias

rias sententias namque illae non solum ad literarum studium iuvant, sed etiam ad morum vitaeque instructionem, et ad variarum intelligentiam rerum. Monuerim hic sententias cum citandae sunt citari eas debere cum aliqua authoris commendatione: proinde in exemplum subiicere non ingratum opus existimarim aliquas partes.

Quoties praetergressa est meas aures celebris illa magni Platonis sententia; quae si semel animo penitus insedisset, nunquam iam in contentionem descendissem.

Venit in mentem Agesilaus qui percontatus a quodam, quam ob causam Sparta nullis moenibus cingeretur, cives armatos et summa animorum consensione unitos ostendit, vir de summis unus.

Deus immortalis quam multos et virtutum laude et scientiarum omnium gloria conspicuos Athenas, multarumque victoriarum palmare viros intuetur ~~gloria~~ animus, dum memoriam temporum recordatur ultimam: qui cum viderent lucem veritatis nonnullis esse pudori, multis formidini, non paucis contemptui consilii facti locupletarum, sua facta sanguinis profusione nobilitarunt.

In hac sapientia palaestra Christi nostrum fulmen et eloquentia Christianae flumen Divus Paulus excellunt.

Totius scholae miraculum S. Thomas cuius alta commentationes beatarum potius mentium artificio confectae quam humano ingenio excogitatae videantur.

Audio non invitus illa quae Imperii Romani splendor Seneca Lucillio suo plurimum commendavit. Non sine magno animi sensu siquis in memoriam revoco quae Syriacus omni genere summus tradidit, cui potius quam mihi fidem habituros vos certo scio. Laetor me posse virum ingenio praestantem et virtute clarum producere, qui te vultu suo terreat sapientia confirmat et authoritate refellat.

Me quidem caput ac retinet pie sancteque sapiens ille quo viro neminem ego statuo

neque

neq prudentia, neq eruditione, neq vero in tanta ingenii gloria florentissq doctrinâ maiorem. Quis aures et animos ei dare recuset? qui superiorum omnium gloriam dicendo superavit. Non subtilius dixerat quam Varius ex antiquis auctoribus bellator eximius et eruditione Celebris. Hic mihi venit in mentem Catonis doctrina quo viro natu ac prisca ætas præstantiorem ullo in genere tulit qui cum naturâ durantis vitæ usu diuturno cognovisset raro aliquando gravissime pronunciavit.

Plinius Secundus qui veterum Oratorum laudem ingenio et dicendi suavitate vicit aut æquavit.

Consideratâ mentis effatum, quod maturo iudicio vir memorabat.

Theophrastus in inclitandis hominum vitiis et naturâ uoci ingenium acutus et solers exquisito plane iudicio n dubitavit affirmare.

Quod fecisse scimus magnum inducendo Oratorem qui ab oris et Linguæ suavitate nomen invenit Theristius.

Sapienter omnino vir ætatis suæ clarissimus et præstans rerum cognitione nobilis illud credo meminisset quod est apud Pythagoram agro modo Italia modo fuit exculpta disciplinis sed infinitâ propè Regiones eruditâ Dux investigandæ veritatis optimus præclare mihi visus est dixisse, Socrates Neminem ante Mortem beatum esse.

## Punctum 3tium

Quid Apophthegma. Symbolum emblema et quod ex his adducenda argumenta

Apophthegma est illustre grave et acutum dignumq memoratu

alicuius viri

alicuius viri magni dictum. Sic Alexander Magnus quendam esse qui conuitiis ipsum impeteret. Regium esse inquit cum facias bene audire male.

Potest quidem etiam ex se id est ex sui ipsius excellentia habere apophthegma magnam commendationem, licet ab homine minoris notæ proferatur: qualia sunt Diogenis Cynici hic enim multa ingeniosa facta et falsa eruditaque dicebat licet esset professione Philosophiæ non vitæ conditione clarus. Hic adolescenti cuidam erubescenti atque ob id perturbato: Bono animo es inquit fili istius modi est virtutis tinctura, interrogatus idem num servum ancillamque haberet, negavit: cumque percunctatus adiecisset, quis igitur te efferet si morieris respondit cui domo erit opus. Hic idem Myndum aliquando profectus cum videret portas amplas ac magnifice exstructas dum oppidum esset exiguum, viri inquit Myndi claudite portas ne civitas vestra egrediatur. Cum in publica via pranderet multique cingerent illum ob spectaculi novitatem ac subinde acclamarent Canis Canis imo vos inquit potius estis canes qui prandentem circumstatis. Audiens adolescentem honesta specie verbis parum honestis utentem, non te pudeat inquit qui ex eburnea vagina plumbeum educis gladium.

Maiorem tamen illa apophthegmata quæ a magnis viris Regibus Principibus Senatoribus proferuntur Exemplum Domesticum de Stephano Batoreo Rege Poloniæ frequenter ille dicere solebat Multi sibi sepul

chra condunt

sepulchra condunt et centum millibus passuum ab iis moriuntur. Illustria sunt Philippi Macedonum Regis Alexandri Patris, nemo enim illi ex Graecis Regibus conferendus est vel ingenii dexteritate vel dictorum urbanitate. Pauca libemus. Huic cum nuntium esset allatum uno die multas res feliciter ac prospere gestas esse porrectis in caelum manibus exclamavit et o fortuna inquit prolixe tantisque bonis levi quopiam malo me affice. Vir cordatissimus fortunae indulgentiam suspectam habuit cuius ingenium esse novit, ut quibus exitium molitur his prius nova rerum prosperitate blandiatur. Quidam petulantioris linguae maledicta conjicere solebant in Philippum. Hunc amici hortabantur, ut eiiceret eum in exilium negavit se esse facturum demirantibusque quid ita Ne inquit oberrans inter plures male de me loquatur &c.

Usus apophthegmatum idem fere est qui et sententiarum adducenda enim ad propositam materiam confirmandam illustrandam ipsius auctoris citatis ex cuius ingenio natum apophthegma.

## Symbola

Antiquissima symbolorum fuit origo: in scuto enim Capanei teste Aeschylo in tragoedia erat vir cum taeda et epigrapho seu inscriptione Comburam urbem. Atque veteres qui in schola Memphitica philosophati arcanam Philosophiam symbolis aenigmatumque velis adumbrabant ne in plebeiorum simpliciumque hominum sensus et intelligentiam permanaret: immo ante expressam notarum aut characterum inventionem et scripturae usum repperierunt symbola

quaedam

quaedam rudia, ut animalium vel siderum, vel rerum aliarum quas Graece hieroglyphica id est sculpturas sacras vocabant, quarum plurimas Orus Apollo Niliacus citat. Saeculi aevum innuebant, dum Solem et Lunam pingerent vel certe serpentem cuius cauda reliquo involuebatur corpore mundum pariter exprimebant fingendo serpentem qui suam ipsius caudam rodat variis interstinctum squammis per squammas intelligendo stellas. Hominum exitum innuentes fusum et fili extremum resectum quasi a colo demissum: finguntur siquidem a Poetis Parcae vitam hominis nere: Vitam vero exprimebant pingendo lampadem: quod tantisper dum accensa est luceat, extincta vero tenebras effundat, ita et anima corpore soluta et aspectu et luce caremus. Laborem vero significabant bovinum caput carne nudatum delineando: bovinum quippe caput quod aratio boum ministerio absolvatur; carne vero nudatum quod laboriosi homines plerumque macilenti sunt. Oculo picto Deum intelligebant quod sicut oculus quidquid sibi propositum est intuetur, sic omnia Deus cognoscit et videt.

Hinc ergo adverte quid sit symbolum nimirum id quo aliqua coniectatione et agnoscimus diversum ab eo quod prae oculis est, vel est occultae ac latentis rei signum seu imago ingeniosam ac reconditam habens similitudinem ut in datis exemplis patet.

Ad symbolum autem requiritur primo ut non sit apertum et populare, ita ut sine ulla coniectione pateat nihil enim gratiae doctrinae contineret. Secundo ut inscriptiones seu lemmata habeat brevissima et gravia sub qua brevitate plurimum sententiae contineat ut docet Demetrius Phalareus habeatque se per modum paroemiae et adagii. Haeque inscriptionis sunt differentiae symbolorum ab emblematis. Nostrorum Regum hic subiicio symbola. Primum sit Casimiri Magni Regis Poloniae. Hic volendo exprimere hominem fortem nullis adversis fractum habuit pro symbolo

palmam

Palmam mundi pondere pressam cum inscriptione Aduersus pondera surgo. Idem pinxit pyramidem cum luna et Sole insummitate dicata. Symbolo Sic immortalis ero Significando se cælestem beatitatem sibi a Christo tanquam fundamento ac fulcimento salutis polliceri. Sigismundus vero Ammus Poloniæ Rex pinxit Cranium cui liber subiectus cum lampas ducet cum Lemmate Prawo żywe chce. Regem monere voluisse hoc Symbolo quam uis mortalium ut mature se ad mortem pararet. Idem pinxit aquilam celli insistentem solemq inspicientem cum inscriptione perferro Haud vindicarum se haud degenerem à maioribus futurum quòd indoles Regis heroica promisit. Stephanus Rex Poloniæ quinq Papauerum capita inferius colligata et super ea Corona clausa cum Lemmate N perdomire insinuans turpe eê uniuscuiusque populi subiecti sint quemq Publicæ salutis dies noctesq satagere decet, noctes dormitando traducere totas

Sigismundus 3tius eidem Rex Poloniæ pinxit gladium vibratum tali adiuncta Epigraphe pro iure et populo suo Symbolo animum erga Regnum gentem ac constantem ostendit. Vladislaus vero IV Rex Leonis habuit figuram cum Lemmate meme. Vindice promisit firmi: cessu animosus regni securitatem, adeoq dignitatem pristinam quæ ei reddidit.

Hunc putarem factum eê ut permulti Nobiles quòd viriq Principes qui bellicis olim Negotiis praefecti sunt Symbola sibi quædam vsurparunt, quibus sui nominis atq familiæ Splendorem quam latissime Spargerent, quas Symbola Originem Stemmatibus dederunt, Certum cum talia Symbola darentur militibus in Signum heroicæ fortitudinis. Viri autem Principes

Regni alicuius

regni alicuius audientis, ponentes fundamenta pro suo arbitrio quandoque certa usurparunt signa. Sic Perseus Medusae et Gorgonis caput pingi in suo scuto iussit. Marius quoque ut nonnulli putant primus aquila stemmate usus est. Poloniae autem primus Princeps Lechus aquilam regno a se condendo insigne dedit.

Quare stemmata bene resolvi possunt in symbola v.g. dolorem declarantia si de morte res sit; vel contrariam ut in genethliacis et aliis laetioribus materiis.

Rem ex praxi illustro stemmatis Kaszcz resolutione. Iussi Imo pingi duas manus extremitates fasciae apprehendentes et ad medium trahentes cum inscriptione Strictius arctant. Deinde calvariam fascia coronatam cum lemmate Vivit post funera virtus. 3tio ab eisque duas manus solventes stemma hoc epigraphe Vincula solvunt. Item duas ab eis manus stemma hanc lacerantes cum lemmate dirrumpunt stamina Parcae. adhuc duas manus e nubibus unam alteram extertae: ita ut extenta caelo manus erectam alteri manui teneret fasciam inscriptumque fuit Potior astris. Varia virtutum insignia fascia coronata cum lemmate super inscriptio messem virtutum stringit Proserpina flores legens ligans vero eos fascia cum inscriptio Colligit maerens constans Proserpina flores. Caeli sphaera loco Zodiaci cincta fascia inscriptio Hoc ornat fascia caelos. Rupta fascia cum inscriptione Ut contexes. Loco Iridis picta fascia coloribus distincta cum lemmate attemperat imbres. Super stemmam pinge coronam in medio fasciam inferius librum Lemma, Claret ab utroque. Contracta in nodum fascia inscriptio Iam complevit.

Aliquando iisdem symbolis ponitur expresse sola absque pictura sententia tale fuit Traiani symbolum. Qualis Rex talis grex. Symbolum Aurelii Im

peratoris

Imperatoris Rex Dua Lex, Gordiani Principis miser quem latet veritas Valeriani Magnum Satellicium amor Numeriani Esto quod audis. Maximiani melius mori quam sibi vivere. Flavii Crispi Homo nunc homo natus Heraclii Insania laeta voluptas. Leonis pulchra est Concordia Cordis et Oris. Ottonis Odi Pacem cum hominibus cum vitiis bellum Flavii Iouiani Scopus vitae meae Christus.

Quantumvis talia Symbola / Emblema sine pictura posita vocet Petra Sancta imperfecta et manca sunt absque lemate si sola sit pictura id nihilominus negari non potest quod aliquando Orator in sua Oratione ponere possit solam inscriptionem alicuius Herois aut viri docti, nulla pictura facta mentione imo etiam aliquando nomen proprium authoris omittere potest solumque ponere ~~nomen~~ pro Lemma dicendo ut quidam ut quidam scripserat vel ut quidam in suo Symbolo annotaverat.

## Emblema

Dicitur Emblema ab inferendo seu interponendo sydem non modo parietibus et pavimentis, sed rebus aliis pluribus ut vasis patens vestibus. Cuius modi sunt Claurenti aut imagines aureae vel argenteae uniones et gemmae ceteraque generis eiusdem interponebantur. Id etiam nomis deductum esse constat Παρα τὸ ἐμβάλλεσθαι quod est interserere interponere inicere. Antiquis enim Lapillis quibusdam quadratis et minute sectis politisque in quibus icones quaedam intertextae erant aedes Magnatum et Principum ut plurimum ornabantur, ut colligere est ex Pausania Plutarcho Apuleio. Emblema vocat per mi Caelatum opus. Porro Emblematis differentia et Symboli haec est quod

Emblema

Emblema generalius accipiatur et latius ut constat ex eius deductione. Symbolum vero ~~cum inscriptione~~ specialius habetur se ista duo sunt animal et homo 2do quia Emblema quod et supra dictum est plerumque sine subscriptione pingeretur Symbolum vero cum Inscriptione. Et si ut exprimerent antiq. temerarium Principem pingebant Phaetontem è Solis curru quem regere voluit Cadentem. Pietatem vero filiorum in Parentes exprimebant pingendo Anchisen ab Aenea filio ex incendio et excidio Troiano deportatum.


Hieroglifica vero sunt Enigmatice quaedam ad sensum mentis exprimendum sculptura vel pictura. Hieroglificis maxime utebantur, Aegypti et Sacerdotes Hebraeorum Hierodulii, à quibus vocantur etiam Hieroglifica volentes. illi itaque exprimere Imperatorem maiestatem pingebant aquilam, aquila enim est regnum in aures vagas ut ait Horatius de his vide Pierium. Orum Aluatum, Caussinum. Typotium.

Usus vero horum omnium est ut illa in suam rem confirmandam trahat Orator aut dilatandam aut certe illustrandam. Possunt vero 1mo sine ulla dilatatione adhiberi brevi tantum praemissa laude inventoris Symboli Hieroglifici Emblematis ad eum modum quo sententiae citari solent ut supra dictum. 2do possunt satis commode Hieroglifica aut Symbola dilatari. 3tio si aliqua illis insit obscuritas aut dubietas ita accomodando explanationem, ut tota ad rem suam pertineat abstinendo a superfluis descriptionibus. v.g.: Canis significat vigilantiam si ergo describendus esset non esset describenda ipsius Magnitudo pedes aures &c

Quia

Quia harum descriptio partium minime ad vigilantiam spectat neq illam ex primit sed sagacitas, agilitas & talia.

Exemplum seu praxis est data ubi certamen Solis cum vento descri psimus ostendendo plus potentiâ gratiâ mẽẽ quam certâ violentiâ.












# Quamvis non potuit gratia potest

Fabula litigantis venti cum Sole hujus de gratia illius de potentia.
Magni in rebus humanis mysterii aequivocum symbolum esse potest
videlicet quantum gratia possit supra violentiam.

Non eripuit potius vestem adstringendi cingulo causam viatori dedit insur-
gens ventus fatigavit: minore quia ipse fatigatus molestiam fecit sed maerorem ipse — una pars
tulit. Quos frustra exercuit severius expoliare studuit eoque manus ingenium ad
ves retinendum viatoris movit ut se adversus eum muniret cingulum vesti super indu-
ceret procul est verissima militia ipse ipsum sapientis imago. Saepe enim dum
exarmare volumus potius provocando armandi se occasionem damus dum vim
iter extorquere volumus exacerbamus verius quam obtinemus, quo ardentius flagi-
tamus eo impensius negatum habemus quo magis diffidimus, eo diffidentiam in nos
maioris causam suggerimus, nemo enim diffidit nisi qui se ipsum occultam militiam
arguit, nec amorem sibi deberi iudicat, qui ipse non amat. Contraria vis et
potentia atque sapientia venti videamus melius quid possit certamen. Adest sua cum
serena face Sol splendores simul et calidos radios mittit in viatorem, rident prata
calescit aer sudat laboris a gratia viator, solvit primum fibulas, cingulum discin-
git sponte vestem detrahit seque in terram ad victoriae confessionem coram triumphato-
re Sole laetus benignitatis gratia abivit. Sic gratia perficit quantum vis non potuit — 3tia pars
Sic cuique Principi maxime ut per multa potius cum sibi subiectis agat, filialiter magis
quam serviliter eos habiturus cum tamen moderatione effusa lenitate se abiiciat imitaturque Solem
qui ex alto radiat dicere descendo, tamen nisi nimis proximum se inferioribus admoveret
aut combureret omnia aut radios retorquere, tum hebescere cogatur sidum humaniter
agit, non tam oblivione debitae gravitatis, quam gratior populo, quo magis ex alto veniens humi-
lioribus gratiose communicatur. Sic mancipantque animi trahuntque in amores promptum patet

belli observantur et quaecunque voti iuri sunt intra amorem collatum.
Huc etiam revocantur Adagia proverbia de his Poetica. Quare nobis alio properantibus immorari non vacat. Haec de fontibus argumentorum ex quibus desumi possint argumenta proinde in hoc laboret cuiuscunque industria diligentiam ut locos utrosque et intelligat et ad usus quotidianos adhibeat parum enim est eis et definisse et explicasse et non praxibus continuis familiares sibi reddidisse quod si accesserit. is demum Rhetor dicendus si ex iis duxerit argumenta.

# Punctum 4tum

## Notantur aliqua circa argumenta

Nota primo siquidem formamus hic Oratorem ostendendo proinde sunt vitia in adducendis argumentis vitanda. Haec aliquid sunt primum oblivio rei propositae ne alienum a proposito loquatur itaque cavebit Orator v.g. Si quispiam probaret iuventuti minoris Poloniae ingenium ad literas non dasse loco autem argumentorum et rationum describeret minorem Poloniam et in belli occasionem inducet, cum tamen ex his omnibus hoc inferri non possit ergo verum e iuventuti nostrae ad literas ingenium non desse. Idem etiam vitium contingit in rationibus adducendis in unum generum quodpiam. Et si non bene illa propositionem adductam probare adducta una ratione hac v.g. quod in multos egregios homines iuventus nostra educata evaserit l'atim ad describendas scholas aliasque quae quidem connexionem cum proposito habent non tamen illud inferunt. Ingrederetur Orator hoc communiter est vitium illis qui praeceptis Rhetoricis non bene exculpti sunt. Secundum vitium cavenda imprudens eruditionis ostentatio, et conceptuum acuminumque crebra affectatio, ne propter

eruditionis

eruditionis ostentationem conceptionumque lucatur in lembus peditus et
necessarii negliguntur quos damnat Cic. de claris Oratoribus.
Tertium vitium est cum plurima conquiruntur ut pinguis et corpulenta
fiat Oratio quod est contra veram germanamque facultatis Oratoriae formam
virtutem. Non enim tam quaerendum ut multa dicas quam ut accom-
modata, tota enim argumentorum languescat efficacia multitudine
dum per plurima incitare saltu dividitur Auditor.
Nota 2da. In tractandis argumentis orator utetur amplificatione.
Est autem amplificatio Oratoria plenitudo quaedam ex omnibus terminis atque
locis orationem roborans. Hic colligitur relegandam esse redundantiam
et tumorem quibus dictio distenditur non impletur, evaditque potius in-
flata quam plena quare augenda est optimis quibusque et ad rem pertinen-
tibus rebus. Duplex porro est amplificatio una quae
fit per augmentum, et vocatur auxesis, altera quae fit per exagge-
rationem utraque reddit Orationem plenam: Sed illa magis si ita
est in diffusione verborum et ambitioso circuitu: ista pendet potius quod
sit ex rebus et adiunctis, ista eandem rem diversis sententiis variat illa epithe-
tis atque alloquendi modis.
Quia vero omnis amplificatio refertur ad locos et figuras perquam dicis con-
surgit Orat. dabit operam tyro Orator ut amplificaturus verborum molem aliquid
et syllogismum petat Sermonis ferendis, ut scilicet ex locis non eodem modo
orationes eruat sed varia serie inter se connectat. Ordo autem sic esset talis
1mo facienda est introductio per narrationem alicuius facti, quod ad amplificandum acci-
pit, vel per expositionem brevem cum sua ratione 2do dubitabis quo nomine
illud appelles hic inquires aliqua atrocia si vituperas. Vel illustria si

laudas

noxia v utilia suadeas v dissuades 3tio afferres descriptionem illius
rei quam amplificas, per synonyma et epitheta allegorias &c 4o Rem ex
pendes per adiuncta et circumstantias illas communes quis quid &c 5to
Orationem tuam convertes ad comparationem cum aliis factis, adducendo ex
historiis varia exempla cum quibus compares illud factum v praeferas. de
nique fieri potest Apodosis ad ipsa elementa, Naturam, Caelos &c Haec pun
cta sunt fontes praecipui amplificationis faciendae quibus prolibitu utetur
Orator v ex omnibus simul et singulis rem amplificando v uni v alteri tan
tum insistendo ut melius hoc praeceptum elluceat, pono Ideam expu
gnatam civitatem sic amplificatam et descriptam. Apparebant effusae
per Templa et domos flammae ruentiumque tectorum fragor, et ex diver
sis quidem clamoribus unus quidam sonus praecipitabatur aliorum fuga incerta
alii in extremo suorum amplexu cohaerentes, et infantium feminarumque ploratus: male denique
usque in diem fato servati senes &c Exempla amplificationis per incrementum fieri so
lent dum gradatim ad summum pervenimus, tale est Cic: in Verrem. Facinus est vincire
civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare quid dicam in crucem tollere.
verbo satis digno res haec tam nefaria appellari non potest. Exemplum amplificationis per
comparationem subministrat Divus Cyprianus Ipse de servo tuo exigis supplicium, et
hominem homo obedire compellis, et cum sit vobis eadem nascendi sors conditio una mo
riendi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, aequali iure v pari le
ge v veniatis in hunc mundum, v de hoc mundo postmodum recedatis, tamen nisi pro ar
bitrio tibi serviatur, nisi ad voluntatis Imperium pareatur imperiosus et nimius servi
tutis exactor flagellis verberas fame siti frequenter carcere affligis et crucias et non
agnoscis Deum tuum cum sic exerceas dominatum.

## Instructio 4ta De Dispositione.

Antequam doceam modum collocandorum argumentorum in oratione inventorum ab Oratore,
Praemitto imo rationem Rhetoricarum argumentationum. Porro Rhetorica argumentatio est ar
gumenti explicatio et tractatio cum id quod per quaestionem in dubium revocatum est per ar

gumentum

per argumentum explicatur et probatur. Species ergo prout in usum veniunt Rhetoricum sunt quinque, Syllogismus Enthymema, inductio, exemplum dilemma. Syllogismus est argumentatio constans præmissis maiori minori et conclusione seu ut loquuntur Rhetores Constans Propositione assumptione et complexione vg. Id quod honestum est expetendum, Studium Rhetoricæ honestum est ergo Studium Rhe: expetendum est, si vero in tali syllogismo et Propositio et assumptio suis probabuntur rationibus, et quinque punctibus efficietur. Syllogismus vocabitur ratiocinatio vg. Omne honestum expetendum quia lætitiam et voluptatem parit homini sed Studium Rhetoricæ est honestum quia ingenuorum hominum occupatio est Ergo Studium Rhet: est expetendum partes talis syllogismi vocantur una Propositio 2da ratio propositionis 3tia assumptio, 4ta ratio assumptionis 5ta conclusio. Enthymema est Syllogismus imperfectus in qua assumptio et propositio prætermittitur et ex una tantum propositione conclusio infertur: Unde talis argumentatio solo antecedente et Conclusione constare dicitur vg Studium Rhet: est honestum ergo est expetendum. Inductio si eam dialecticæ definire velis, est progressio quædam a pluribus particularibus ad universalem Propositionem constituendam vg Laudabilis est continentia, Sobrietas, vigilantia discretio et reliquæ virtutes, quæ habent virtutem temperantiam v rationem ergo Omnis temperantia laudabilis est. Si vero definire Rhetoricæ velles diceres progressionem oratoriam quæ ex pluribus particularibus quo vult pervenit et aliquid simile præmissis infert. vg. Quæ Navis est expers periculi? quæ habet prudentem Gubernatorem. Quis exercitus in casibus belli securus? Cui præest Dux fortis quæ Civitas inexpugnabilis quæ habet vigilantem Magistratum ita animus securus est quem gubernat prudentiæ virtus. Exemplum est imperfecta inductio quæ ab uno particulari simili ad aliud simile progreditur huius exemplum est pro Cornelio Balbo Num 50 illustro alio vg. Julio Cæsari fortitudo et constantia omnibus periculis animus attulit gloriam immortalem. Igitur et tibi eandem afferet si eisdem virtutibus stu-dueris. Sorites argumentatio est potius Rhet[4] quam[3] Dialectica[2]. Dilemma est argumentatio quæ vocatur Cornutus Syllogismus quia quamcunque partem concesseris, præmeris, Exemplum satis commodum vide in Oratione Corne-liana NUM 13 Hic etiam probari posset omnem dolorem ferendum esse nam omnis dolor aut est vehemens aut levis si est Levis facile feretur si est vehemens certe brevis erit. Hinc quis pro Moscho in Regem eligendo v Contra illum Politicus quispiam argumentari potuisset: cum de electione ageretur v est eligendus Moschus in Regem v non si non est eligendus bellum instabit, si est eligendus misera servitus et luctuosa vita vivenda erit sub Crudeli Superbo et immani Principe.

Dilemma
Cor: Syllo:

# Præmitto 2do Dispositionem esse 3plicem Naturalem unam arbitrariam alteram, 3tiam artificialem Naturalis illa est ## quæ priora sunt, tempore natura, loco, dignitate vg tempore prius est bellum quam victoria sol luce dignitate, præstantior est unus v aurum quam argentum honor senatorius Equestri dispositio tamen hæc si tractetur ex arte poterit dici artificialis summa enim est ars naturam imitari et effingere.

#= Naturalis illa est quæ iuxta quam ordinem in rebus sequimur ea 3 præmittimus ###

Arbitraria

Arbitraria dispositio est quae scribentis arbitrio ad certam destinatamque methodum cogitur. Huc usque Aelianus in praeclaro
illo quem de animalibus conscripsit libro ubi omnia de industria permiscet: haec quoque cum arte scribi debet, dispositio non enumer:
rare licet et in adversa dilabi ruere cursu. Artificialis tandem illa dispositio est, quae aut ex necessitate aut propter ollocatione
tum singula Orator collocat modo et dextre confundit faciatque ut auditorem magis detineat reddatque sibi attentum, forma in in
tum, intermixtione veniendo ut oblectet.
Praemitto 3tio Artificialem dispositionem habere suas partes naturales licet analytica cum a toto ad partes, a genere ad spe:
cies, a principio universali ad propositiones particulares, a fine ad medium fit progressus. Altera synthetica con:
traria priori cum videlicet a partibus ad totum a speciebus ad genus fit processus. 3tia definitiva quae ex utri
usque temperie constituitur, fitque cum res prius in genere explicatur deinde dissolvitur in partes, quarum po:
stea singulae suis probationibus illustrantur, ut infra suo loco, iam sit.

## Punctum 1mum Quis ordo in collocatione argumentorum ab oratore servandus est.

Duo artificialem dispositionem exigere. Ut delectus argumentorum habeatur, et cognitio quae sint infima, quae valida quae
popularia, quae abstrusa, eaque cognita ita collocentur. Valida initio studii occupent et communicant debilia in medio
utrumque robur participent et fidei faciendae securitatem infirmiorum ~~robur participent~~ fortissima ponantur ut non solum
in primo sensu auditores confirment fervientiorem quoque veritatis memoriam imprimant tenacitur.
Argumenta quae sunt a genere definitione certam enumeratione a causis et effectis primum locum habent et in
ter valida numerantur quia naturam rei explicant, cetera autem ex coniecturis aut adiunctis minus habent momenti. Porro
cum alia sint probabilia alia necessaria utrumque tamen hoc genus argumentorum sibi ab Oratore assumatur, optimum minus fa
ciliusque cum consequatur finem, delectus tamen habendus ne non omne quod occurrit in campum dictionis educatur.
Plurimum ad elegantiam artis dispositionem spectat si non tantum totius orationis principalis propositio argumentis stabi
liatur sed aliae quoque enunciationes quae inter dicendum per modum probationis producuntur recte disponantur. Praecla
re in hanc rem Plutarchus de Epsylon dota Delphico, tum inquit artificiosa est res, si ab humana prosapia
tur ratione cognitio ac dispositio consequentiae. Ita proinde gerat se Orator ut omnibus occurrat dubiis, nec ulli
lum in animis auditorum relinquat scrupulum qui bene et apte collocata argumenta seu necessariorum seu pro
babilium ratione non tollant. Haec tamen argumenta non nude ab Oratore collocari debent sed variis modis quos suggero.
Prius itaque modo argumentatio Oratoria disponi potest ordine qui a Dialecticis usurpatur. Ut videlicet prius
notetur propositio deinde assumptio tum demum universa Oratoriae impugnationis virtus et complexio sequa
tur. Usque si haec enuntiatio esset probanda Mundus administratur consilio Orator faceret pro exerci
tio talem Maiorem Syllogismum, melius ea curantur quae consilio geruntur quam ea quae sine consilio
administrantur. Probaretque Maior rationibus seu inductione, domus ea quae ratione geritur omnibus instructior re
bus est quam ea quae temere et sine consilio administrantur. Exercitus cui praepositus est Dux sapiens omnibus
partibus commodius geritur quam ille qui temeritate alicuius administratur: eadem navigandi ratio
Navis enim ea rectius conficit iter et sine naufragio cursum cui prudens consilioque pollens
praeest.

potens praeest nauarchus. Minor seu assumptio quae ex uis propositionis infertur est, nihil autem melius quam con silium mundum administrat confirmari potest his rationibus nam et Cygnorum Ortus et obitus definitum quendam seruant modum, et annuae mutationes semper eodem fiunt modo imo ad utilitates rerum omnium ita sunt accomodatae ut diurnae ac nocturnae uicissitudines, Caloris frigoris siccitatis humiditatis, non aliquid documenti sed multum utilitatis afferre soleant. Quae indicant omnia non mediocri quodam Consilio mundi machinam administrari. Complexio ergo mundus consilio administratur quae iuxta Ciceronem dupliciter poni potest, aut enim id infert solum quod ex praecedentibus duabus proposi tionibus cohaelescit ut Consilio igitur mundus administratur aut hunc locum breuiter propositionum et assumptionum co acernando. In hunc modum quod si melius geruntur ea quae consilio administrantur, nihil enim melius rerum omnium quam mundus administratur, consilio igitur eam administrari necesse est.

2do modo argumentatio oratoria disponi potest sic ut videlicet maior propositio omittatur, sola duae reliquae tractan tur ut si quis milites lingua procaces probaret non esse admittendos supplex ille sic posset progredi: ipso sitio fiat maior hae inutiles. Sed milites garruli lingua procaces qui in lingua tantum fortes uidentur sunt bello inutiles. Tunc quia totam ferocitatem emittant lingua in auras. Nihil autem contra hostem retinent ira, tunc quia istorum uis tota uidetur consistere in lingua, non in pectore aut manibus hic sensus Aristotelis erat Lib 3tio Ethicorum Viri inquit fortes et in opere acres ante id placidi. Et Liuius lib 10 Viri inquit nati mili tiae factis magni ad uerborum linguaeque Certamina rudes sunt. Complexio ergo garruli ad uexil la non admittendi.

3tio Dispositio argumentationis sic institui potest ut praemittatur conclusio cui orationes subiungantur per particulas nam enim propterea &c. Tum deinum subiungitur maior vel minor absolu te aut per modum rationum quae annectuntur complexioni ut Nobis pecuniae quamplurimae sunt Curandae, ut bellum feliciter finiatur. Ratio absolute ponitur maximum enim impedimentum pec cunia Nummorum quare praeclare Vegetius Lib 3tio Cap 3tio dixit Antequam inchoetur bellum multo magis quando tractatur de copiis expensisque, solicitum debebit esse consilium. Assumptio potest subiungi dictae conclusioni per modum rationis sic. Pecuniae enim in bello neruus belli ideirco Mu tianus apud Tacitum Lib 18 pecuniarum conquisitionem belli ciuilis neruos esse dictitabat. Et Cic: pro lege Manilia Vectigalia Neruos esse Reip dixit Propositio uero in confir matione minoris potest adduci, sic Nihil autem sine neruo belli feliciter inchoari ac perag i potest nam si uerbum est quod dixit Petronius Medici negant sine neruis homines am bulare posse quid dicendum est de militibus quibus si pecuniae desint certi nerui quibus ad felicitatem Reip parandam progrediuntur deesse putandi sunt.

Punctum 2dum

# Punctum 2dum

## Dispositio Argumentorum praxi illustratur

Scripturus orationem ubi iam certa membra Causae quam est tractaturus legeris, illa ipsa membra seu puncta ex quibus generalis constabit syllogismus ad particulares syllogismos tota ratione tractandos revocabunt, quae uno generali enthymemate vel syllogismo complectoris quem deinceps comprimendo habeas prae oculis. Haec dispositionis praxis Ciceroni valde familiaris fuit. Si quispiam Bellum contra insolentiam rebellium orationem suasurus suscipiendum proper formare syllogismum. Bellum in quo agitur gloria salus securitas sit licet magnum et periculosum est suscipiendum. Sed in bello contra insolentiam hanc suscipiendo agitur de gloria salute securitate Reg. ergo bellum hoc sit licet magnum et periculosum est suscipiendum et restaurandum. Hunc fere et eundem syllogismum Cicero usurpavit in Oratione pro Lege Manilia in qua posito hoc generali syllogismo ad particulares syllogismos praecipue revocantur ut videre est apud eundem. Brevioris syllogismi oratione dispositi addimus exemplum.

Assume propositionem seu conclusionem v.g. hanc probandam adolescenti retinendus est pudor. Ratio propositionem

Probat

possit esse haec quia hic Conciliat Divinam amicitiam argumenta
ratione formaretur sic Syllogismus. Quod Conciliat amici
am Divinam adolescenti retinendum est. Sed pudor et Conti
nentia Conciliat amicitiam Divinam ergo pudor et Continentia
retinenda est. Maior seu propositio sic fit militari
et dilatari vgl. Si quid in amicitiâ fructu voluptatis quid
Certe tanta est, ut nullum bonum in humana vita optabilius
esse videatur non video quid huic homini ad summam felicita
tem deesse possit qui Divinam amicitiam ac familiaritatem
sit consecutus. Probaretur Maior ratione illa quia ex deo
pendent omnia Vita, Voluptas, Honor. Elocutio huius ra
tionis haec esse potest cum vero quid est in vita boni
quod id sit ab eius infinito amore profectum? Vitam, hanc
omnibus Mortalibus tribuit, honor fons est omnis aestima
tionis et gloriae Voluptas? ab eo solidissima validissimaque
dimanant Divitiae? in eo tantae sunt, ut Cumulatè vel av
idissimis satisfaciant. Minor seu assumptio ex
poni posset sic videtis opinor Divinam vim amicitiae,
quam si quis negligat non impium modo sed etiam rationis
impotem esse necesse est. At quatandem ratione

Cum tamen infiniti boni Consequi possumus? superbia fortasse? vastissimè voluptatibus atque delicijs? Stultissime. Quid est igitur quod Divinam Conciliat amicitiam? Pudor, qui or inquam est Nexus et Vinculum Divinae amicitiae utinam intelligerent homines quantum in ea Virtute Momentum Positum sit ad felicitatem! utinam diligenter ad integrita tis praesentiam Studiumque Converterent animos fugerent pro fecto Solutioris vitae rationem, neque secus vitiorum sordibus inquinarent innocentiam Corporis quodam amore et studio prosequerentur. Scirent tantum nos Deo Caros esse Castimo niae mentis Corporisque quantum Casto voluptatis et turpi tudinis inimici reddimur. Probatur assumptio ratione illa qua Similitudo Contrahit amicitiam Deus autem pu rissimus est, nam qui fieri potest ut eum hominem summo quodam favore non Complectatur Deus quem sibi videt esse simillimum quae enim Maior Cum Natura Divi na similitudo! quam si eius integritatem morum innocen tia proxime imitere. Divina Mens in Corrupta est, mul ta rerum Corporearum Contagione soluta, integritas ab o mnibus Corporeae voluptatis sordibus animum abstraxit.

Divina

Divina Mens immortalis est, sua quoque pudori est immorta litas. Conclusio ergo est et erit aliquis tandem ipsa salute nihil cogitans; tam inimicus et hostis summo puritatis authori Deo qui continentiam non habet tam ab omni recti iudicii sensu derelictus qui neget pudorem esse verum adolescentum decus et ornamentum quo compendiosa quadam via ad Deum proxime accedimus

## Punctum tertium

Suggeruntur varii ab argumento ad argumentum transeundi modi

Pro varietate materiae qua de agitur vel generis variandus etiam erit transitionis modus et ratio.

Ima Laetor orationem meam eo rediisse unde deflexerat: et ut sim semel in opinione mea constans abutarque patientia vestra, qui multis tam alto silentio fecistis audaciam contendo etc.

2da Hic a me nemo dici mirabitur, cuius in animo prima et recentis adhuc calamitatis species insidebit, quam nonnullorum mentis impotentia in Rempublicam iniexit: nam si repete volumus spatium praeteriti temporis ac prima surgentis Reipublicae fundamenta progressusque recordari vederiemus

3tia. Id per nos aberravit a proposito tantisper oratio illam si placet revocemus, et quoniam liberius celeriusque vagari potest Cogitatio quam Sermo, perlustrate animis ea quae nec vobis in ipso musarum sinu natis et educatis possunt vel esse debent cognita neque cuiquam propter sui splendorem obscura nec a me propter studium brevitatis quantum fector, sigillatim repetenda.

4ta Satis ne probatum est nullam salutem reipublicae quam esse Reipublicae nostrae nullam bonis moribus aut liberalium artium cognitione quae nocentibus non sit exitio innocentibus praesidio, improbis terrori probis Ornamento.

6ta Ipsa multa satis esse debent hominibus et ignavis nimis multa vobis quos literarum amatores nominus: quippe non ignota cuiquam fuerit aut incredibilia quae dixi, neque eiusmodi, ut a me potius expectanda quam a vestra omnium conscientia experientiaque probanda sint.

7ma Unum erat reliquum si bene memini, ut docerem scientias conferre plurimum ad stabiliendam vitae morumque bonitatem hoc aggredior si modo per vos liceat

Vellem mihi tantum esse Otii et in dicendo facultatis ut

Possem hoc loco evagari latius et id quod dico, tum repetitis e memoria veterum, tum vivis ac spirantibus exemplis confirmare, nisi me temporis ratio brevem esse admoneret, excitarem ab inferis Dominarem Commemorarem: Sed ab hac molestia nar

ratione

ratione animosque adducamus.

Date oculos qui aures hactenus prebuistis ut reliquas orbis partes et quantum satis est lustrare, et quantum licebit admirari possimus.

Belle me vocat ad alteram orationis partem &c. meique proposti mei ut tenax sim, tantus admonet: proposueram enim &c.

Quod facere paratus sum si benevolentiam vestram et attentionem aeque semper paratam et faventem experiar augmentis ostenderes res cognitu non iniucundas, auditu admirabiles, virorum authoritate comprobatas.

Pudet me ~~toties~~ abrevitate quam ~~vobis~~ proposueram toties aberrasse sed materiae gravitas et amplitudo me abduxit.

Scio me in rebus pervagatis versari atque omnium sermone celebratis: sed eiusmodi rerum non cogitatio solum, sed etiam recordatio animos nostros excitare debet: crescente igitur silentio nunquam praetermittendum facinus ~~omnium~~ momento magis.

Dicam equidem audacius fortasse sed tamen vereor &c ut vos si esset hic maior bene meritis de Republica honor est tribuendus ita eam per modum sententiae pulcherrime efferres non portinent hic hi duo versus.

Feliciter cecidit ut ab iis pietatis officiis quae sub oculis hominum cadunt ad privataque quae sunt publicorum semina descenderem.

Doleo tantum nimis angustum mihi ad amplitudinem maximam subiectam relictum esse.

Possem equidem eodem quoque de caeteris commemorare sed ne videar inanes quasdam fabulas ad delectationem magis quam ad veritatem enarrasse, adeste meum animis meque adhuc senstis ad munitissimam fidei atque Religionis aciem quo me ductum Oratio mea rapit contendem, benevolentia vestra sublevate.

Facit in me audiendo Vra singularis humanitas ut mihi persuadeam non inanem hanc orationis partem meam extitisse eoque breviorem modo eius rerum etenim ad reliquas cursum fore sollicitor qui feliciorem beneficio vestro cursum in hoc divinae Sapientiae Mari tenuisse videantur.

Maxime vellem ut quantum mihi vos in tanta rerum Multitudine attentionis ac benevolentiae commodis: certum mihi facultatis tempus ad dicendum atque opportunitatis concederet. ego penetrarem in eius arcana docerem etc.

Nunc quoniam temporis angustiae tantam rerum multitudinem capere non possunt, ego, humanitate vestra structus, a gravioribus ad meliora me: am orationem tantisper et animum convertam etc.

Atque ut omittam de nobilissimis historiae scriptoribus dicendo recordar qui ad gratiam opportunius ad ornamentum elegantius ad maiestatem gradatantius esse potest etc.

Sed enim me longius ut video quam aut voluntas aut opinio mea ferebat, provexit partem argumentum partem Vra in me audiendo benignitas etc.

Itaque

Itaq vela contraham iam omnem Orão mea optatum ac felicem ex longa Navigatione portum intuetur: neq uo expectatis opinor ut demonstrarem.

Desiderarem hic nonum dicendi genus et eloquentiæ flumen abundantis ut quemadmodum una cum pietatis amplificatione virtus illius crescit ita mea in illius amplificatione quasi per gradus attolet et se ipsa grandior ac sublimior fieret Oratio.

Sisterem hic nisi me cogitatio sublevaret quod apud eos me licere intelligam qui nihil iucundius audiant quam &c

Facere non possum quin illud in hanc rem offeram quod semper visum est, maxima commendatione dignissimum. &c

Ad hanc tam Sanctæ Commendationis Pietatis quis sit sensus nescio plane, si tantum ex meo coniecturam facere permittis Canos internus voluptate profundi sentio quæ debet esse maxima praesertim: &c

Cresceret in immensum Orao si consectanchis singulis aut Naturæ benignitatem sequerer aut vestra in auditis eius laudibus hilaritati obsequerer: aut officium meum in laudando explere cogerer, itaq moderabor ipse mihi et ea tantum breuiter aperiam qu

Vellem ingenii mei temeritas, et debitæ voluntatis in Principem rao, constitutaq ad dicendum temporis breuitas pareret, aliquo amplius alacrem pluribus in una pietatis dote ceteras comprehendi aut ab ea profectas Virtutes &c

Jam vero quoniam expectare videmini sentio me paulatim dicendo eo esse profectum quo iam dudum aspirabam ut &c

Ad extremum abuti me patientia vestra permittite qui eam
mihi fecistis audaciam quanquam vereor ut potius de tanti viri
virtutum magnitudinem detraham, quam ut illam me verbis digni
re posse confidam, semper enim iustum metiendi modum faciunt
ea quæ spem amplificandi sua magnitudine sustulerunt, venio tandem ad

Sed Orationem meam ad finem properantem ea confundam virtute
qua etiam ego quid prædicem quibus consulam ad rem gerendam exci
tarit quod stimulo admonuerit, homini studioso victoriæ longum
esset omnia percensere numerando hoc breviter accipite.

Atque ut illius temporis atrocitatem recordari possimus dicendo vim
et copiam vestram non imparem afferre possem, dicam tamen hoc inpri
mis quod

Rem hanc quasi per transennam oculo fugiente inspexisse sa
tis sit ad lætiora concurramus.

Sentio terminos me transgressum, quos ipse mihi posueram et eo me
sensim esse deductum.

Sentio me ad eum devenisse locum in quo actioni meæ terminos
satis esse constitutos vidi

Sed quoniam ingens aliquid et humanis pene angustius sonant illa sapien
tum effata libet hoc etiam animi causa repetere.

Verum hæc prætermittamque quæ liberali multorum confessione conceduntur ad
illud accusationis caput iam diu festinat Oratio gessit enim ex potere nobis.

Multa satis ut opinor superdicta sunt de rebus fortiter feliciterque gestis, ab
ripit iam et quodam modo absorbet Orationem meam virtutis ac Religionis nulla
unquam mortalium satis adorata maiestas plura usus lectioque docebit.

Punctum 4tum

# Punctum 4tum

## De 1mo modo Scribendæ Orationis.

Quæ hac tenus dicta sunt ea tanquam præ requisita quædam neces sario scribendæ orationi præmissa sunt. Jam ipsius orationis orationis scribendæ artificium ostendemus punctis sequentibus. et hoc de primo scribendæ orationis modo.

Primus orationis concinandæ modus facilis est et expedi tus per expolitionem seu exornationem. cuius quinque par tes author ad Herennium assignat numerum propositi onem, rationem confirmationem, exornationem, et comple xionem seu conclusionem. Per hunc itaque modum sic compo nitur oratio. 1mo Ponitur thema seu propositio seu res probanda, ea scilicet de qua orator scripturus est orationem 2do affertur ratio una vel certe plures conglobantur quibus propositio probatur 3tio afferuntur rationum confir mationes 4to exornantur rationes similitudinibus, contra riis sententiis, exemplis symbolis etc. 5to conclusio ponitur res in exemplo pateat. Sit ergo: thema in genere deliberativo quod scilicet in omni republica

præcipua ratio religionis vera sit habenda. huius ~~Con~~
matis investiga statim rationes vel unam, vel plures ex ali-
quo rhetoricorum argumentorum loco inter ceteras
hæc esse potest a Causa efficiente, quia religio vera sola
conservat regna et Respublicas, tanquam ea quæ humanos
adornat animos et ingens Reip. Corporis quasi anima re-
getat et gubernat. Hanc rationem una vel pluribus ite-
rum confirma rationibus v.g. Quod in eo Regno in quo
n. est una et vera religio Cessat singularis Magni D.ni
numinis favor et Patrocinium, expellitur omnis humana fi-
des et societas, omnibus sceleribus laxantur habenæ
omnes eliminantur virtutes. Probabis eandem pro-
positionem a Contrariis enumerando quæ sequuntur commoda
ex vera religione quæ incommoda ex eius neglectu. Illu-
strabis similitudine quemadmodum enim præcipiti im-
petu decurrens aqua omnia rumpit obstacula, ingen-
ne per omnes Camporum fertur planities omnia vastat,
omnia violento abripit cursu; ita mentes humanæ
in vitium proclives dempto religionis timore in omne
nefas

nefas leve ruunt praecipitio nec prius desistunt quam totum Regnum in ultimum adducant interitum et exitium.
Adduces praeterea pro eadem propositione testimonia et Sententias eruditorum v. g. Livii dicentis omnia prospera eveniunt colentibus Deum adversa spernentibus Et Aristotelis Lib Politicorum 7mo cap: 8 In omni Republica primum est Curatio rerum divinarum. Eiusdem item Lib Rhetoricorum, Dii promores sunt in eos qui maxime eos colunt etc. Tandem adduces exemplum tam similia tuae propositioni quam dissimilia et opposita. Vide datam de hoc praxim. Ceterum in exornatione non opus est ut omnino ponantur omnes enumeratae exornationis partes, Sufficit enim aliquando una v. g. Similitudo vel Sententia aliqua aut apophthegma tantum vel Contrarium vel exemplum. Sic si aliquis vellet gratulari Cuipiam dignitatem v. g. Senatoriam per hunc modum ita faceret, poneret primo propositionem hanc Gratulor tibi Senatoriam dignitatem dares postmodum rationem, quia ad eam Virtute tua

Conscendisti hanc ipsam Confirmares et Comprobares quia semper bonum Commune Curasti. Exornares similitudine vel exemplo vel apophthegmate &c. et tandem pro... neres conclusionem vel imprecando illi hanc felicitatem vel ominando quod... ea dignitas et Patriae Maximo erit Commodo, et familiae illius non mediocri ornamento. Hoc vero totum ita oratorie et cultiori efferes stylo. In

Propositio

Communi Omnium applausu si elinguis essem, nec tantum dignitatis fastigium Illustrissimam Celsitudinem tuam gratularer, grande Illme Dne, et in tua immensa erga me beneficia, et in mea erga te debita obse-quia; et in ipsum intaminatae virtutis splendorem piaculum admitte-rem.

Ratio

Eo enim te Mecaenas munificentissime Culmine venerandum conspicimus ad quod tibi ipsa virtus, et Dux fuit certissimus, et Comes fidelissimus.

Confirmatio

Haec te Illma Dne edocuit ea tantum et sentire et loqui et agere quae a Publico Patriae bono seiungi neque-unt, et quod solus Reip. condunt amor.

Exornatio per Similitudinem.

Ut aer sub caelos in-natus non aggravat, et venti excursu sese librant sine pondere, ut caeli vertigo stare nescit, ut ignis portanti sarcina nulla est sic Illmam Celsitudinem tuam pro Patriae bono perpetua exercent sed non lassant Magnitudo.

Complexio seu Conclusio

Conscende itaque Illme Dne Sublimem ... ... Sedem, Conscende per ... meritis tamen tuis inferiorem honoris Sedem, Conscende per Subiectos Servatoris tuis pedibus affectus nostros, qui hoc non ... vovent

Voveant et precantur ut tanto Senatore, diu incolumi et felici, Pa-
tria stet felix et incolumis.

Epistolae etiam eodem modo scribi possent quare si quispiam
è magnatibus peteret ab Episcopo, ut suo Capellano daret Celebrandi
licentiam in domestico suo Sacello in Paschali festivitate.
Poneret imo Propositionem hanc Peto a tua Rndissima Celsitudine
ut me a Consueta huius temporis observatione eximat. Daret de- +
inde rationem qua aliam dispositionem infirma eius valetudo postulat.
Comprobaret Pia et Materna Sacrosanctae Ecclesiae indulgentia
et Paternus Episcopi erga filios affectus facile id concedit
Exornaret exemplis quae scilicet non id multis aliis eiusdem Episcopi
benevolentia indulsit. Et denique apta aliqua Conclusione concluderet.
Hic vero Stylo Epistolis ita exponeret Ipse coram ut non possit, per li-
teras a Rndissima Celsitudine tua efflagitare cogor ut pro Pater-
no erga me affectu publicae in templo solemnitati eximere me
ne graveris sed ut privatim domestico in sacello paschalis Ratio
participes sim gaudii. Puderet me fore Communi refulgentes Chri-
sti applausui non interesse nisi afflicta mea valetudo aliud suade-
ret, et domesticam quietem ex praescripto Medicorum postularet. Combrobatio

Ex

Exornatio.

Conclusio

accessit et Materna Sacrosanctae Ecclesiae in filios indulgentia, et Paternus tuae Rmae Celsitudinis affectus aequo animo dubito meis minus impetraturum quod peto. Denique ut confidentius peterem animarunt me exempla multorum, quorum vota et preces simili in Causa apud Rmam et Illmam Celsitudinem suam pondus suum habuisse Cum non ignorem, meae quoque petitioni aequissimo locum apud eandem fore, non diffido. Ego vero valetudine recuperata eandem ad obsequia Illmae Rmae Paternitati tuae gratissimum appromitto et spondeo Jaroslaviae. Quae Ep. si in Patrum Sermonem converteretur et brevitatem quidem excedet et trivialis, qualis fuit simplicium et in eruditorum, esset orat.

Hinc etiam secundus modus est quo scribendae orationis, primo quidem similis faulior tamen quando scilicet posita propositione solae formantur rationes probitur, nullo habito respectu ad Comprobationem earundem ut Cum orator n[illegible] ut exempla aut Sententias, aut similitudines et Contraria ponat sed pro suo placito et occasione ponit vel ab initio vel in fine vel intermiscet ipsis rationibus; imo etiam aliquando contentus solis rationibus reliqua omittit. Facilis iste modus est, quia nec Cogit Oratorem ad Syllogisticam dispositionem orationis, nec imponit ipsi necessitatem ut pro libito similia, contraria, exempla et Cetera disponat et connectat. Pateat res in exemplo constituatur thema huius Orationis salutandus ipse sit Episcopus Premisliensis pro ratione assume quia magnus est sua pietate meritis in Ecclesia D.D.

ei in Regno

et in rem publicam. Exorna aliqua similitudine, quam pro tuo libitu ubi placebit, pone. Hanc Oratiunculam sic poteris contexere. Sumpto Exordio ex ipsa circumstantia temporis v.g.: In hac plus quam qui vinam triumphantis demortui Dei hominis laetitia in hac renouati in omnem amoenitatis scenam temporis hilaritate assurgere nos ad nouam felicitatem Antistes Illme iubes, cum pastor vigilantissimus obsequentes nutibus mitis oues, expectantissimus Pontifex tuam aut postremam ingrederis nunc Dioeceseos partem, optimus Pater carissimum te exhibes filiis. Hanc magnis in Eccla et Rep viris imposuit et virtus et ipsa sublimis dignitas necessitatem quod sicut sol dissipat nubes, sicut procera arbores temperant maiores solis ardores, et gratam declinantibus praebent umbram: ita illi recreant urbes et populos ad quos diverterint. Magnus es Illme Antistes in Deum pietate, qua cuncta Coeli in te unum inclinavit vota ut tanti antecessoris successor occupares Cathedram, gesseres Pastorales officii zelum, et insideres Pontificiam sedem. Magnus es maximis in Rempublicam meritis quae vitto consilio commodius in hac sui calamitate frugi potuisset ad hoc sublime Senatoriae dignitatis fastigium te erexit, et cum illo honore ultro quaesivit qui tuae virtuti pridem debebatur. Magnus denique es et hac ipsa tua ad nos inclinatione quod tantus cum sis usque ad minimos tamen benevolae humanitatis descensum demitteris et manum illam quae Coelum claudit et aperit ad Episcopalem benedictionem exporrigis etiam illis qui pro reuerentia non postulant cum fame tamen expectant.

Exornatio per sententiosam similitudinem

Ratio

Epilogus

Accedimus itaq cum debita et mentis et corporis veneratione Filii ad Patrem oves ad Pastorem et Sibientibus animis Celsissimi Principis ... lamur benedictionem ita Pontificiam Manum osculaturi et simul in hoc obsequio nos met ipsos quanti quanti sumus et hoc annulo tum sigillo affectis ... ad Dama obsequia et impendenda ... signamur. Dum modus valet promptae et expeditae scribendas sic ... Si Filius mutaret Nobilem aliquem pro Parentis funere, ita posset continuare ... per hunc modum.

Exornatio et sententia

Exornatio cum brevi narratione

Przeniesiony tego ... naszym ... Condicia ludzka ... kiedy między temi ... Rodzie Dobrodzieij mój świat tego żegnał y to co śmiertelnego miał złożył. ... wszystkę familią moią ... smutku a ... miłości y powinności ... zmarłemu ... smutnym y ... do ... ... ... powodzi ... ... ... miłości którą żywiącemu ... y umarłemu ... cził. Nie wątpię że ... WMM Pan ... dla ... między Przyiaciołmi ... dla ... któraś ... WMM Panu ochotnie zasługował: nie ... WMM Panu ... dla synów ... y Przyiaciół ... ... dziś nowe usługami naszemi odwięcze boskiego: ... gotowi

go tom Cossarem[y] mi wtakiuk ale wwe felssy[?]d da P. Bog nai chaks

Punctum 5tum

De modo scribendæ Orationis per syllogismum simplicem.

Modus iste expeditus est scribendæ orationis breuissime per syllogismum simplicem. Ponatur itaque propositio idem quod Maior dat orationem propositionis hoc postmodum reducat ad syllogismum uti dictum superius tractet deinde oratorie vno Maiorem deinde minorem seu assumptionem et tandem Conclusionem. Rem illustre praxis est salutandus quispiam Magnatum veniens aut in ciuitatem hanc aut in domum tuam, ita ergo fac et quasi radiis liceis dispone tuam orationem: pone imo the salutandus esse [...] Da Latwemga[?] minimum ma salutandus suo aduentu omnes tanquam sol aliquis recreauit. Reducito syllogismum Qui suo aduentu omnes recreauit tanquam sol exoriens iste salutari debet. Sed Illustrissimus K. suo aduentu tanquam sol recreauit. ergo est salutandus. Sic dispositum syllogismum oratorie tractabis incipiendo a Maiori propositione vz Exundans in animo lætitia contineri nequit Illmo Dne, quin in aduentu vras non erumpat in amicas salutationes, et hilares applausus, cum quo omnibus veniens humanitas ita omnium exhilaraunt +

pectora ut Sol Oriens ea recreat quæ sub se videt et illu
Minor strat. Quid ni te Solem animorum et affectuum nostrorum in hemi
sphærio nro exortum agnoscamus et veneremur, quos præsentiæ
tuæ luce ita perfudisti, et ipso benevolentiæ meridie ita exhilara
sti, ut se humanitati tuæ æternos debitores et fateantur et sub-
mittant. Tam itaque nunc toti in suavissimas salutationes gratulantes
Conclusio pœnatibus suis tantum hospitem, sed simul nihil a se excogitari posse
asserere, quod tanta prodigitate et pro suis meritis possit excogi
et salutari magnando. Noto hic primo ne videatur nonnum schola
sticus esse scribendi modus non incohetur Maior syllogismi absol
lis vocibus quicunque, quivis unusquisque omnis & quod ut fa
cilius fiat ducatur Oratio non a subiecto sed a prædicato: Est au
tem prædicatum id quod de alio dicitur subiectum de quo aliud dicitur
Vg Quicunque amat Commune bonum bonus est Civis Patriæ, dictio
Ones qui amat Commune bonum sunt subiectum: bonus Civis patriæ
est prædicatum: ab hoc itaque ducenda est tali modo Oratio Vg
bonum patriæ Civem illum esse et aperta ostendit veritas et Commu
nis vox indicat qui hoc unicum specimen virtutis, hoc in ditum
animi hoc lumen dignitatis suæ, imo hanc vitam esse existimat
suam, ut Commune bonum in suo vigore conservet et perseveret.

deinde

Deinde Scholasticā censurā notam facile vitabis si maiorem Syllogismi per modum sententiā efferas ut vg. si esset haec maior Benemeritis de Rep. honores tribuendus ita eam per modum Sententiā pulcherrime efferes. vg stipendiarius, sed non cuilibet honor est, illis tantum famulari non dedignatz qui soli Patriā sua obsequi consecrarunt.

Noto 2do Quod cum salutationes, gratulationes, orationes nuptiales, funebres & in fine certos exigant affectus, qui per conclusionem n. possunt recte inferri, ideo tales affectus vel loco conclusionis substituantur, vel post conclusionem ponantur. Sic si quis gratulaturus diem festum Divi Tutelaris alicuius hunc formet syllogismum. Dies festi non animo tantum sed voce etiam sunt colendi: sed dies hic est dies festus, ergo n. animo tantum sed et voce est colendus. Hic manifestum est quod si conclusio simplici sensu efferatur gratulationi locus qua festa gratulemur, n. relinquitur. Itaq hic affectus gratulationis conclusioni subiungi debet vg. Debetur hoc Maior publicā eorum dierum amoenitati quos aut illustrius ornavit gloriā deus, aut sanctioribus serenabit lux caelestis sideribus, ut non animis tantummodo eorum applaudamq festivitati, verum vocis ad gratulationis studio conceptam promamus hilaritatem. + Illuxit enim vero hodierna die auspicatus Divi Minor tutellaris tui dies, dies inquam nobis alibi optatissimus, et non humano tantum, verum etiam caelesti cultu venerandus. Prodire igitur in vultum Conclu debet animus effundi in plausum sincera gaudia exundare in gratulationes deuota tua sui columnitati Caelestiā felicitati vota

affectus post Conclusionem

Et. Uero emanant effunduntur atque hanc gratulationem non verbis sed gau
dijs compositam, ea tibi Oratione deferunt, ut cum praesentem gratulan
tur felicitatem, futuram pari affectu voveant: Sit anni clausula di
es hic, simulque sit plurium ellapsorum similium adeoque fortunatiorum
exordium. Nunc quod vixisti, et tanquam nihil vixeris eorum dies
donec senus aetate et meritis ad natale solum natalis diei transferaris.

Eodem modo et Epistolâ scribuntur. Sis vg scribere Eplam Poloni
ut nunc scribunt, in qua gratuleris Capitaneo alicui obtentum Capi
taneatum, ita ergo fac, pone propositionem Wstempie godnosc Ca
tonem da bosaz sczyt ello cnot swoiâ y zasług W Rzpltey. Fac syllo
gismum vel in mente vel in Charta.

Temu samemu potrzeba winszowac godnosci ktorem godnosc dane iest dla
Cnoty y dla Zasług Lecz tobie dana iest dla Cnoty y dla Zasług. dlate
go ci ey potrzeba winszowac. Hunc syllogismum Poloniensem ita tracta

Maior

bant Oratores stylo Polonico, et insuper conclusioni addebant affectus aliquos
vehementes vg. Temu samemu y prawdziwie y glos potrzebny
do powinszowania slusznego czyni, ktoremu godnosc nagrodą cnot
y odwazniejsza spraw iego szczerych y dziwnie tako zadatek [illegible] dalszey

Minor.

godnosci dana bywa. Tym ci torem a nie inszym godnosc z rąk Naiasn
szego Krolewskiego Maiestatu wdom Wsz M Pana wessla ktorem

własna

Własna wasz iest wszelakiej godności ktorey ię wyższymi naszej naydu
ię samym Cnot fortelem, y chwalebnemi nabywać osobie oyczyzny sprawami.
Winszuię tedy WM M Panu tak wysokiego J K M. fawory ktorym dział Condu
na odwagi WM M Pana uhonorować raczył. Życzę żeby tą godność
przeznaniu domowi WM Państwa była na ozdobę: a oyczyźnie takąż
szczęśliwymi woynami zwyczajney y zepsowaney naprawę y podporę. oddaię
się przytym usługami moimi do miłey łasce y przyiaźni Łaskey

Punctum 2tum

De modo scribendae Orationis per ratiocinationem seu quinque partitum Syllogismum

Ratiocinatio ut supra dictum est. Et Cum cuilibet syllogismi Propositioni sua ad
datur. Vel ratio sola vel cum ratione comprobationes. Adhibetur et praxis ad Orationes
longiores ut patere potuit in Panegyri scripta Dni Andreae Modus itaque scri
bendae huius Orationis iste est.

Inveniatur primo thema Orationis seu propositio ut in simplici Syllogismo detur Modus
eius ratio vel plures reducatur ratio ad syllogismum probetur primo Maior et
confirmetur variis rationibus deinde eodem modo probetur Minor et Jam tota
oratio concludatur. Res tota in exemplo pateat Ut. Velit quis scribere
Panegyrim alicui pietate insigni et Religione in Deum generose proponeret
propositionem quod ee posset. Laudandus etiam est post fata Et detur
ratio

detur ratio. Una vel plures ex quibus ista e[st] potest Quia singulari fuit in Deum pietate et Religione conspicuus, reducat Rationem ad Syllogismum Viri singulari in Deum pietate Conspicui etiam post fata sunt laudandi Sed N. fuit conspicuus pietate singulari in Deum. Ergo e[st] Laudandus

Reducta in Syllogismum ratione assumatur amo[?] dor[?] et ponatur simplicibus verbis. Viri singulari in Deum pietate conspicui sunt laudandi. Quo facto investigand[ae] s[un]t Rationes ex locis Rhetoricis partim intrinsecis partim extrinsecis. Quare debeat viri tales s[un]t Laudandi. Prima e[st] potest a Causa efficiente Quia tum esse rationis usus tum debita gratitudo et industria postulat huius Rationis iterum Ra[tio] detur qua[e] s[un]t e[ss]e ad definitionem gratitudinis et iustitia. Nam cum iustitia[e] Munus atq[ue] officium sit reddere unicuiq[ue] pro ut eius merita exigunt et gratitudo nihil aliud sit q[uam] pro acceptis beneficiis grata semper et accepta voluntas Quis ignorat magna nos iniustitia. ac ingrati animi Censura notandos. Nisi iis laudem et gloriam debitam reddamus, a quib[us] religio et pietas n[on] vulgaris se cognosci receptisse argumenta. Illustretur ratio ab antiqua gentium consuetudine qui viros pietate in Deum et Patriam insignes summis post mortem celebrarunt Encomiis Athenienses enim Phylopoemene[m][?] propter pietatem in Patriam et quod pro ea mortem expetisset palmam Aneam in praeclaro ac insigni illi[us] mausoleo posuerunt in qua omnia ipsius praeclare gesta ad immortalitatem expresserunt. Idem Codro Regi Atheniensium ob pietatem similem in eandem patriam Pelicanum aureum post mortem in tumulo collocarunt et inscripserunt Quod in me est prote est. Sic ora torie explanare posses 2[o]s.

Omnis equidem

Omnis equidem virtus hæreditario sibi quodammodo iure ab omnibus exigit honorem et singulare laudis encomium. Vel maxime tamen amatores et alumnos suos, immortali gloria efficit. Laudatissimus Religionis amor. Et ferventissima in Deum pietas Auditores. Nec ullum ego ex hoc amplissimo Consessu viro et colonia inveniendum credo quin eos omni honore commendatione et incundissima quadam memoria colendos et prosequendos induet qui pietatis suæ pulcherrima monumenta non leviter fecerunt sed ad immortalitatem usque expresserunt. Et sane merito nam cum omnium nostrarum actionum æquissima federatrix ratio tum in rei veritatem semper propensa et in linata iustitiæ statera; tum denique debita gratitudinis iura atque leges exigunt, ut si par præmium meritis et triumphanti virtuti convenienter coronam adferre non valeamus, saltem linguam tributariam vel calamum vectigalem angustiis cineribus eorum consecremus, quorum pietas cum sepultis cineribus nunquam sepeliri potest, sed ex tumulo clamat illud symboli non moriar. Enim vero cum ex una parte gratitudo nihil sit aliud quam constans quædam et perpetua pro acceptis beneficiis relata memoria, communicata gratæ voluntati; ex altera iustitia sit illa virtus quæ unicuique iuxta eius merita per præmium et mercedem exhibet; quis vero erit sanæ mentis contrarius? qui neget magnum nos ingrati animi et violatæ iustitiæ crimen commissuros si iis laudem debitam et gloriam non persolvamus a quibus Religio et pietas non vulgaria sed rara, non exigua sed propedmodum tot meritorum ultro fatetur et lætatur se accepisse.

Ior? Rao a Ca. Efficienti

Rao Ravus

Comprobatio 2i Raonis

Atq hic illa laudabilis semper et tot ante seculis probata consuetudo floruit, ut quicunq hac virtute virtutum primiceria conspicui extitissent non modo vivi debita colerentur veneratione sed etiam post laudabilem e vita discessum congrua emerita pietatis laudi con meruissent praemia, Nam ut sexcentos ac pene innumeros taceam praeteream, cui bono erudita Atheniensium Respub: Pittacum ... Duci qui vera in Patriam pietate, etiam vitam qua nihil est humano generi carius, profudit palmam aeneam una cum praeclarissimis eius gestis ad aeternam posuit grata posteritatis recordationem. Quem ob finem in tumulo Codri qui pari pietate, sed maiori fortitudine, sanguinem eum quem a patria accepit eiusdem saluti gratissimam litavit victimam, quem in quam ob finem aureum efformavit Pelicanum, et preciosius auro efficit Lemma quod prote est pro me est ... aliquam illis rependeret gratitudinem, quorum pietate velut quadam firmissima columna suam fulcivit salutem, et ob extremo praeservata casu plus ex eorum vulneribus recepit sanitatis quam emanarit cruoris.

Ratio 2da sit et a Causa finali Quia tum hominum pietatis virtute insignium venerantur manes dici, non potest quantum alii ad similia pietatis opera excitentur et accendantur. Ratio Rationis ob adiunctis gloria et honoris: Nam cum ex una parte gloria et boni nominis fama, ex omnibus perennis et caducis rebus

Sit

sit maximum hominum bonum, teste Scriptura melius est bonum nomen quam divitiae multae, et ex altera parte, cum homo rationis particeps magis honestate quam utilitate utatur cum illa sit magis naturae humanae conformis et conveniens, ut potte quod proxime ad naturam Divinam accedat. Comprobatio rationis ab authoritate Philostrati qui in vita Ptolomei bonam famam et gloriam dixit esse calcar et stimulum ad virtutem. 2do exemplo Alexandri Magni qui se trophaeis Miltiadis ad praeclara facinora incitatum fuisse [illegible] Sed non ignorat illa magistra et omnis origo honestatis non alia ratione et arte ceterorum animos ad virtutem omnem et praeclara facinora commodius inflammandos, quam laude et gloria virtuti exhibita, quod ut clarissime ob oculos vestros proponam sic statuo auditores tanto nos ardentiori cupiditate atque desiderio boni illius obtinendi incensos flagrare, quanto illud ceteris omnibus et maiestate sua et amplitudine praestare videmus et demi quis adeo praeceps et demio mentis errore actus reperitur qui ex ingenti gemmarum oblata sibi magnitudine atque ex iis quamcunque voluerit concessa eligendi ultro potestate non potius aemulum solis adamantem quam simplicem eli[illegible]gat gemmam: aut cum deductus in pulcherrimos et amoenissimos hortos non potius decerpat nativa purpura rubentem rosam aut par prima nivi lilium quam lappam inutilem aut manus urgentem urticam. Age vero quid gloria in humanis rebus? an non idem quod adamas inter gemmas; quod lilium inter flores? ut proinde mirum non sit si hanc unicam prae reliquis elligamus hanc maxime exoptemus hac unica ad virtutem ac merita ad labores

[illegible] adiunctis

incitemur ad de mortalium quemlibet. Cum iuxta Sapientum Oracula hic Diuinae par
ticula aurae, et magis desideraret et expetere soleret quam cum naturae suae magis
conformia sunt illi perfectissimo ac supremo exemplari Deo similia magis ac propiora re
dantur quo fit, ut quemadmodum Deus, unam vel maxime suam gloriam in omnibus quaerat
desideret intendat: sic et hominem ex terrenis rebus nihil magis desiderare ni
hilque intendere solere quam unicam illam a qua recte et dici beatus et esse possit, im

Comprobatio primae ab authoritate

mortalem gloriam. Ut proinde non immerito doctissimus Philostratus in vita Ptolomei
bonam famam et gloriam dixerit esse calcar. Aureus sane est ac esse ad immortali
tatem stimulus qui magni Alexandri maiorem longe nomine incitabat animum
et eum Macedonia non caperet. Ut non modo tropaea Miltiadis suspe
raret sed et orbis terrarum magnitudinem quam in tot Monarchias diuisa
fuit sub unius fuerit potestatis.

Ratio 3tia fit a comparatis: Nam si laudem et gloriam illi merentur qui
arte sua opus aliquod egregium et non vulgare effecerunt, quales fuit Pol
cletus Zeuxis Apelles quae ob singularia artis suae simulacra hucusque in memoria
uiuunt et florent posteritati quando maiori laude et gloria digni censendi
sunt qui adusque immortalitatem zelosissimae pietatis suae apud nos
reliquerunt monumenta. Comprobabis hanc apodixim
Exemplo Narsetis Ducis Orientalis cuius singularem in
Deum et Patriam pietati grata et memor posteritas Phoeni
cem auream in tumulo sculpsit apposito Lemmate non
moriar sed viuam. Secundo comprobare posses exemplo
Theodosii

Theodosii quem antiquitas tum ob multas virtutes alias tum praecipue ob pietatem magnum appellavit. Sic ut et quadam honore et immortali memoria celebremus eorum pietatem, quae veluti pulcherrimum exemplar ante oculos proposita nostros eosdem et suavissime detinet, et mundissime delectat: Nam si calculo omnium et suffragio laudem illi et gloriam non vulgarem apud omnes merentur, qui marte propria opus aliquod praeclarum et singulare efficerunt; quandoquidem ingenii specimen et industriae laude semper dignissima videntur ut pote animi ornamenta et insignia tanto celeris constantiora, quanto animus praestat corpore, aeterna laudis natura immortalibus, ut proinde non immerito Polycletos illos Zeuxes appelles quanta semper in laude cultu fama honore praedilatione apud antiquos floruisse credamus quanto praestantiori laude et gloria ii digni censendi qui adusque immortalitatem zelosissimae pietatis suae apud nos reliquerunt monumenta. Utinam in Regis testimonium placet etiam illis magnorum manes excitare Heroum? Consurget et capax immortalitatis sinu redimitus tot victoriarum laudibus Narsetes Orientis pavor huic memor atque grata pietatis in se Patria ut perennem grati animi testaretur voluntatem

Comparo ab exemplo

Simulq ostenderet semper eius virtutes post fata victuras vi
praeclara Mausoleo Phenicem // Theodosius Magnus qui si magni
cognomen aliis virtutibus suis quas nunquam orbis enumerari potest
non meruisset, ob solam ferventissimam pietatis virtutem et rarum
inter principes religionis amorem maximus haberetur. Hic iam
esset poenenda et dillatanda oratorie minor. Sed non vellis
Contractis alio orationis cimbam dirigimus Sufficiat dedisse ar
tificium tractandae materiis tali modo Quod facile quis mi
nori applicuerit si labori et ingenio minime pepercerit.
Libet interea Contractiori praxi adeoq brevori datum artificium
illustrare

Gratuletur v.g. filius Parenti natalem S. Patroni Diem
v.g. alberti qui intra Paschatis solemnia incidit.

Donat maiorem Illo die Paschali est salutandum alteri, qui est eius natalis,
et quem gratulari suadet communis omnium laetitia, et innumere a Pa
rente accepta beneficia Sed natalis hic est, Ergo hac die gratulandum.
Posito syllogismo detur maioris ratio Quia ingratissimus esset filius
qui talem diem sine amoris indicio praeteriret. Deinde compro
betur ratio a Communi Consensu qui diem natalem bene
factoribus suis omni obsequiorum genere reddunt Cele

britatem

auctum fuisse et in scripsit non moriar sed vivam.
prodeat e luce gloriosus pulcherrimus ille terrarum splendor T.
+

briorem: Ponatur minor sed hic dies est Parenti Natalis et gratulari cum suadet Communis Christianitatis Lætitia et in numera est innumera eaq munificentissima à Parente accepta beneficia. detur ratio quâ est manifesta quòd siluet. Parens vocetur Albertus adeoq quod festivitas hæc intra Paschatis ferias inciderit ut nullus quicunq censetur nomine Christiano illam non singulari celebret lætitiâ: quod denique inter cætera beneficia ipsam vitam a Parente habeas. Congruo [illegible] id iterum aliqua ratiuncula quia Parens non frustra hoc Nomen gestat sed pulcherrimis conspicuus virtutibus cen Patronus eius si non ad fidem alios, exemplo saltem ad pietatem moveat. Et tandem fiore Conclusionem cum aliquo affectu et iuxta hoc artificium ita poterit iam tuam ducere orationem.

Minor

Si quæ dies innatum filiis erga Parentem affectum et potenter suscitat, et suaviter inflammat M DD. ut eis fortunatissimos totius felicitatis apprecentur favores; Illa certe vel maxime id præstat quam amantissimo Parenti felicia sidera sanxerunt Natalem, celeberrimam reddidit communis omnium lætitia ad quam gratulandam ipsa impellunt absq numero accepta beneficia potentes scilicet affectuum nexus aureæ gratæ voluntatis compedes. Quod enim horribilius monstrum genuisset natura quam ita ingratum filium? qui talem diem sine ullo amoris indicio, erga eum, a quo est, repertret, cum præsertim hæc ipsa communis [illegible] sibi gratulantium amicorum consuetudo non levi animi ingrati infamiam ~~aut [illegible]~~ exagerarat. At ipsum ingratitudinis nomen Cohorruit amor meus filialis quam omnium calculo incurrerem si hunc diem

Reo maioris a comprob

Minor

Hunc diem et Natali tuo infelice benefactor Illustrem è resurgentis è mortis potestate Christi memoriâ solennem, et me tot beneficiorum a te acceptorum

Rao Minoris — commonentem absque ullo debitæ gratitudinis obsequio prætermisissem. Affectum meum suavissimis amoris catenarum vinculis ducat in triumpho triumphale nomen tuum Ill. D. Parens et tanto Compatriori compar quanto ille et totus Or bis Poloni applausu, et muneris tuis beneficiis extigit; ut in ista quam Orbis Noster gratulationibus approbavit, et quod te primo feliciter nascentem excepit festivitate, omnem tibi quæ possibilis cogitari potest meliorem profusissime apprecetur felicitatem. Convenire rebus nomina saepe suis si alii fallunt, tu evidentissime ostendis: neque frustra talo

Comprob minoris — geris nomen qui seu alter Patronus tuus in omnium affectus rapis.

Conclusio — Nos vero qui illis nunquam pares sumus etiamsi vitam, quam a te bene volentissime geritur, acceptamus impenderemus ipsum Deum beneficiorum fontem, propter homines humana passum pro nobis allegamus: Et quod unum possumus felicissimum et Christi alternum qui ex gremio terræ redivivum et tuum Natalem tibi gratulamur. Ac ut diutius gratulari possimus

\+ proprios annos in felicem vitæ tuæ prorogationem conferimus et exhibemus

Punctum 7mum

De modis scribendo Orationes per systema analyticum aliisque modis.

Modus

Modus etiam et Status Oratorius Scribendæ orationis est per syllogismum annaliticum seu indirectum, hic autem fit quintupliciter de quibus hoc puncto

Primus modus dispositionis est quando uno loco ponitur Minor, sine vel cum suis rationibus. 2do Maior et rationes eius, aut etiam rationes nullæ, et tandem Conclusio fit. Vg. Si Sacræ R M: gratias quis ageret pro collata aliqua dignitate in Propositio ita disponere potest. Illi gratiæ agendæ sunt qui ornavit dignitate sed S: R ornavit etc. etc. Inchoa a minori vg Quæ in alios regaliter expandarunt immensa tua S R Matis beneficia, eadem et me ad clementissimum liberalitatis tribunal captivum stiterunt Regum fortunatissime et invictissime. Fateor me reum non læsæ maiestatis quæ ipsis etiam hostibus propter suam Lenitatem est amori, sed æternæ gratitudinis et obsequii; cuius debitum quamquam statim ex eo tempore quo faventibus Cœlis in Regem Nrum Electus es contraxerit: nunc tamen vel maxime illi debitor effectus sum cum singulari liberalitas tuo S R M: favore, illa dignitate dignus fuit iudicatus, qua non nisi summos viros et pro summis erga se meritis aut obsequiis Patria Nra remunerari et exornare consueuit. Deus immortalis! quas ego unquam condignas illi esse Maior vam gratiarum actiones qui e quanto Nobilissimorum virorum Cœtu meum nunc elligit quem ornaret quem tot postpositis competitoribus in tam sublimi honoris apice collocavit. Succumbo SS Rex tuæ isti munificentiæ, Conclusio fateor munificentissimam tuam Maiestatem tantum dedisse, quantum te decuit

non quantum ~~Lucrit~~ ego sperare debui: et qa. Vos Magna terrarum Numina meritati Numen Celeste Solum ambis exigitis gratam et benevolam Memoriam atq submissas gratiarum actiones; tantas tuæ Maiestati gratias ago; quan tas nunquam Servo gratissimus Munificentissimo retulit aut referre pote rit posteritas benefactori. Vivet hoc beneficium tam diu animo infixum, quam diu ipse vivet Aldrianus ad tuos serenissimos nutus ubiq et sem per paratissimus et promptissimus.

2dus Modus dispositionis est quando uno loco ponitur in oratione conclu sio et pro Ratione eius assignatur Maior vel minor, et tandem iterum repetitur conclu sio alis verbis, aut etiam absolute omittitur et aliquid loco eius ponitur. Praxis modi huius dabitur in Politica.

3tius Modus Quando ponitur minor cum suis itidem vel sine suis rationibus et comprobationibus, deinde ponatur Conclusio.

4tus Quando omissa Maiori ponit Orator uno loco rationem Maioris, cum vel sine suis comprobationibus. 2do Conclusionem. tertio Minorem, et eius probationes, exornationesq aut etiam eas praetermittit. Et tandem iterum adhi necttit conclusionem aut aliquem alium affectum loco illius

Denique facilis modus dispositionis est per syllogismum truncatum et im perfectum, quem Dialectici vocant Ethymema: quando scilicet omissa maiori et eius probationibus ponitur et probatur sola minor

aut Contra

Aut e contra omissa hac probatz illa et subnectitz conclusio. Scripturus itaq per modum
invento themate causa ratione eius ponat antecedens et ex illo deducat consequens
V.g. Si suaderes Regi victori alicui, ut victis ignoscat poneres propositionem
hanc Rex ignoscere captivis debes Rex qa Clementia regem decet; poneres
rationem pro antecedenti; et ex illa inferres consequens. Ut Clementia Regem
decet Ergo Rex debes ignoscere captivis. Jam vero sic ordinem antecedens
probando et exornando tractares. Nullum ornamentum Principis fastigio — Antecedens
dignius pulchriusq est quam illud qd venit illi clementiae virtus. Ratio
Turpe enim eum qui aliis praeest subesse iracundiae, et cum aliis imperet, im- — Compro
moderato servire affectui. Placuit pridem non mihi sed Orbi universo
Constantini Magni elogium a Magno illo oratore Eumenio datum. Gratulare
inquit Constantine Naturae ac Moribus tuis quod talem te Constantius pius
genuerit talem decreta siderum formaverint ut crudelis esse non possis. Ast fru
stra Rex SSme ingeniosa Poetarum Natio de Jove supremo Deorum Con
finxit quod fulmen in eius dextera fuerit adstrictum ne temere desaeviret
in Cermées Mortalium. genuina sane haec in Regibus magnis terrarum
Numinibus Clementiae imago est, quae fulmen iracundiae a vindicta velut ha
~~vellat~~ bene adstrictum tenet non in nullum sana omnibus benefica — Conclusio
Ignosce itaq Regum Clementissime iis quos ad tuos pedes crudelis adspi-
Fortuna: adscribunt tibi Orbis quod sibi arrogaverit Roma; haec tuae ar-
cesserunt parcere subiectis et solum superbos debellare

Aliquando in tali Oratione antecedens non probatur
Sed solum Consequens vel quod antecedens Certum est, vel quia ad rem minus refertur.
Sic v.g. si alicui gratulari velles dignitatem per hoc Enthymema. Collatus
est tibi v.g. Capitaneatus ergo eum tibi debeo gratulari: hic non est proban
dum antecedens quia Clarum est sed solum consequens. Aliquando ve
ro probandum est et antecedens et Consequens v.g. si suaderes militem
externum non esse ad bellum conducendum per hoc Enthymema. Externum
militem periculosum est Conducere ergo non est Conducendus posses
probare et antecedens et Consequens.

Per inductionem non nimium frequenter omnes fiunt. porro inductio est plurium exem
plorum Concatenatio cuius vero artificium in hoc est ut in prima parte exempla na
turalia aut etiam moralia ponuntur; tandem Concluditur aliquid vel faciendum
vel omittendum. Sic v.g. si suaderes Hostem etiam minimum non esse Contemnendum
ita per inductionem suadere posses. Exordium Scio equidem Platonem eum mon
tem fuisse ut de hostibus interrogarent non quot quantive sed ubinam essent.
Mihi tamen longe magis placet animus qui iuxta prudentum ducum opinionem nec
minimum Contemnit hostem: Nihil enim tam firmum est, cui periculum non sit etiam
ab invalido. Inductio. Quid parvo minus est Echeneide - tu regeris ta
men obvia navibus pro libitu naves sistit, et rursus ire iubet. Leo quoque ni
mirum avium pabulum fit ferrum rubigo Consumit et parva securis
altam quercum deicit. nonne a cane non magno saepe tenetur aper
et ingentem Elephantem unus pro placito frenat puer Indianus v.g.
adeo verum quod et parva scintilla magnum excitabit incendium. Et
Contemptus

contemptus hostis ingens dedit specimen bellis. Suadeo itaque milites ut hoc primum in animis vestro statuatis ne ullas unquam hostis contemnatis vires, atque sic singulis quasi ex utraque parte sint humana corpora in quae fatum commune habent ius et imperium.

Huc quoque revocatur et ille scribendi modus per exempla et authoritates quem deo subiect Orator sive sacer sive profanus scribit Orationem et probat thema sibi praefixum solis personarum exemplis vel auctoritatibus profanis et sacris multa exempla adducendo, et testimonia oratorie solliendo: cuius facilitas cuilibet per se manifesta est, ideoque praxi non eget. Exordium enim in talibus desumitur ex ipsa re de qua Oratio scribitur, et fit post modum accessus ad Exemplum.

Est etiam non vulgaris scribendae orationis modus praesertim brevioris adeoque et epistolarum quando Orator primo dictum aut factum alicuius contrarium refutat aut reiicit et postea suum sensum ponit et probat: talis sunt immediate data sic etiam si alicui ab exteris reditum gratulari velles per hunc modum eam optime scribere posses Horatii versu accepto qui ait

Recepto dulce mihi est furere amico

Sic Ego: Recepto dulce est ait quidam, at mihi te recepto non furere sed laetari dulce est et tanto magis quanto ferventiori desiderabaris animo maioribus expectabaris votis. Quas tu nunc tecum advexisti opes! non illas quas decolor sole transmittit Europae India aut dictis profert Angelicus nec quas audax omnia perpessus mercator irrequieto conquirit studio:

Sed quibus

Sed quibus instructa Mens vel Patriam iuvet consilio, vel Familiae sit Orna
mento. Vivit nunc erecta, et ad sublimia Naturae ipsius ductu efformata indo
les tua ad maxima quaeque impulit et speranda et spectanda. Quare singu
lari affectu gratulor hunc reditum, qui singulares ille [illegible] seruam eximi
dentiam et virtutem: et si quid (quod minime puto) dissita locorum intervalla
debilitate adenerunt affectu is vel integre iterum reviviscat, oro. Hic Mo
dus prodest in deliberatio quando initio adversam Sententiam laudamus,
Sed postea quare ab ea dissentiamus rationem reddimus.

Praeterea Modus etiam non incongruus est, quando simpliciter Ora
tionem Nostram ab aliqua Sententia similitudine in apophthegmate sym
bolo inchoamus et discursum facimus. Exempli gratia velit in funebri
Ubi potissimum hic servatur Ordo. Primo ponitur sententia symbo
lum adiuncta vel omissa laude auctoris 2do brevis expositio
seu explicatio sententiae 3tio ponitur vel confirmatio vel exorna
tio vel utrumque. Quarto fit applicatio ad rem Oratoris et tandem
Conclusio cum aliquo affectu.

Per protasin et apodosin est quoque modus bonus faciendi Ora
tionis brevioris: cum primo praemittitur generalis aliquis discur
sus postea particularis et tandem conclusio. Sic ut
Si in materia funebri ageres Orationem discurreres primo in
comu

Comuni de mortis atrocitate, quâ hominem rapit e medio honorum cursu, postponit et contemnit amicorum lamenta, non flectitur orbitate filiorum, vitâ quâ nihil homini pretiosius est inutabili, et nunquam reparabili succidit ruina. Deinde descenderes ad particularem defuncti personam, et in eadem mortis eiusdem atrocitatem depingeres, inuehendo in mortem quod virum ita utilem, et quidem patriæ, amicis coniugi, liberis, Ecclesiæ, miseris et vita spoliavit. Tum demum concluderes, quod virtutes eius cum vitâ caducâ interitu, non intereant sed in animis hominum et in iucunda patriæ memoriâ æternum sint mansuræ. Ultimo aliquam consolatiunculam mæstis consanguineis et propinquis annecteres.

## Punctum 7mum

## De artificiosa Orationis Scholasticæ vulgo Ciceronianæ Structura

Prœmitto 1mo Varias esse Rhetorum opiniones de partibus Orationis alij enim assignant sex Exordium, Propositionem, Narrationem confirmationem confutationem, Perorationem et Epilogum. Alii vero octo. Sed his omissis certum est distinctas essentialiter Orationis partes non nisi 4 esse videlicet Exordium, Narrationem, Confirmationem, Epilogum. Ita Cicero in partitionibus, atque harum quidem duæ valent ad docendum scilicet Narratio, et Confirmatio, duæ autem ad impellendos auditorum animos ad id quod suademus, vel ad oblectandum nimirum Exordium et Epilogus.

Dices: præter allatas quatuor Orationis partes, reperiuntur etiam Propositio et Confutatio, in Orationibus multis, præsertim generis deliberatiui, et iudicialis. Ergo sunt saltem 6 orationis partes.

Respondeo distinguendo antecedens, reperiuntur distinctæ ab his.

stantiis, nego antecedens, reperiuntur non distincte concedo antecedens. Ergo sunt sex partes Orationis nego consequentiam. Nam propositio pertinet ad Exordium confutatio vero revocatur ad confirmationem, tanquam inclusum eius virtuti membrum: quoties enim nostra probamus toties aliena refutamus.

Praemitto etiam has 4 partes non in omni semper Oratione reperiri; nam apud Areopagitas non solum consuetudine, sed etiam legibus cautum erat ne Oratores in iudiciis Exordiis et Epilogis uterentur, sed nuda narratione et confirmatione, apud Nos vero Exordium non raro omitti solet et Narratio, illud quidem in laudibus, narratio vero in deliberationibus, cum manifestum esse soleat, quod deliberationibus aliquid committitur quod ad primam partem attinet.

Dico Exordium iuxta Ciceronem est Principium Orationis, per quod animus Auditorum praeparatur ad audiendum, Quatuor partes habere potest. Imam ad instar propositionis cuiusdam in qua res illa, de qua agendum est levissime attingitur, ut si in genere Deliberativo consultatio instituatur de bello Cosatico resumendo, sic prima pars Exordii procederet. Nemo nostrum ignorat Auditores, quanta mala Universum regnum Nostrum singulis ferme annis ab infestissima Catholico et Polonico nomini Cosatica tyrannide illata sibi experiatur. Tum sequetur Ratio Secunda pars Exordii, quia approbet, praecedens propositio sic Ut ostendo in proposita materia. Nec enim adeo nostrae in Republ. negotiis peregrinae sunt aures, ut ea non audiamus, nec hostilis furor adeo segnis est, ut singulas Regni Nostri provincias, longe lateque hactenus peragrare nequiverint. Ita

est

est complexio, in qua contineri ac repeti simul debet artificiose Utraque praecedens Exordii pars, quam attulimus sic V. gr. Quod cum omnium nostrum animos ita insidere, atque mentes nostras possidere oporteat. Videte per deum immortalem quem vobis animum suscipiendum in tractandis Patriae commodis putes. Videte ne cruentus tyranni ferrus cervicibus nostris impendens negligentiam nostram ultra in nos exsecuturus.

Ubi est comprobatio cum scilicet huius ipsius immediate allatae rationis aliud superadditur. V. gr. Neque enim aliquid est desidia nostra permittere populum olim bello et pace gloriosissimum, tam opprimi calamitate, ut omnibus suis facultatibus cum dimicatione capitis proprii per turpitudinem amissis, eversis Civitatibus iure legibusque regni hostili furore convulsis, luctuosum barbarae tyrannidis iugum indignissime subire cogatur. Hic loco quintae partis ponenda est propositio quaestionis tractandae. V. gr. Adeste igitur tantisper animo, cum truculentam hanc belluam vestris confodiendam telis prosequar, ostendamque facile vestris viribus conficiendam.

Noto non debere Oratorem his Exordii partibus ita adstringi ut non possit aliquas earum pro libitu omittere, aut inter se permiscere Semper enim in talibus iudicium et prudentia Orationis spectanda sicut etiam in ceteris orationis partibus omittendis alicuius aut disponendis.

Dico 2do Officium Exordii triplex esse, conciliare benevolentiam facere attentum Auditorem et facere eundem docilem, benevolentia potissimum conciliatur his modis. Imo persona Oratoris ~~spectandas, sicut etiam in~~ ceteris Orationis partibus. Si bene

meritorum suorum modeste mentionem faciat, si ostendat amore publici boni, aut iuvandæ Reipub. aut innocentis personæ studio se ad dicendum impelli. 2do re ipsa si eius dignitas de qua tractamus innuatur, si utilitas, si utilitas necessitas, honestas singularis esse declaretur. 3tio persona Auditoris, si attingatur eius in iudicando integritas, in defendenda Patria alacritas, studium promovendi boni publici, et propensio innocentis. Attentio vero fit primo brevitate præmissa futuræ Orationis. 2do clara propositione, et brevi quæstionis tractandæ de qua dicturus es. Dociles vero Auditores commoda partitione rerum, si plures occurrant in Oratione eadem tractandæ.

Hinc patet tres esse virtutes Exordii brevitatem sublatam proportionatam Orationi, ne grandi capiti exiguum formicæ corpus aptetur. Sic enim Oratio monstrum potius, quam Oratio futura est, communiter ergo mediæ chartæ exordium requirit, quatuor vel trium chartarum Orationem. Exordium vero ultimus chartæ Exordium requirit 6 vel 8. 2da virtus est claritas, ut sit rumiris de re vel materia illa ducta Exordium, de qua Oratio habenda est. 3tio perspicuitas, ut verbis selectis, sine obscuris allegoriis modisque loquendi ænigmatis constet. Exordium enim est index reliquæ Orationis. Illustrabitur inferius praxi.

Dico 3tio fontes sumendorum Exordiorum hos potissimum I. Rhetoricos assignari ex quibus illa erui solent. Primus ab attributis locis personarum temporis et aliis sic a tempore totum facit Exordium. Cic. pro Cælio, a loco pro Deiotari a Personis Phil. 4 et sic si quis dicturus de laudibus viri militaris

militaris, qui strenue impetũ hostilem sustineret eidem hanc congereret materiã. Magis quidem hodie aliis deceret loqui ex hoc loco de laudibus viri bellicosissimi, me tamen non usque adeo decet si dicam &c.

Secundus fons ex visceribus causæ, hoc est ex internis rei illius, de qua agimus circumstantiis: et ea optima censentur Exordia si pro statu rerũ tam existentiũ formentur. Ut in Oratione læta, et hilari, commemorando causa lætitiæ, in re luctuosa et funesta cõmemorando causas tristitiæ, et solicitudinis. Ex hoc fonte sumpsit Cicero Exordiũ in Catilinaria 4. Video Patres Conscripti &c.

Tertius ab Exemplis Parabolis fabulis, Proverbiis sententiis, acute dictis. In iis tamen prudens ratio tractationis spectari debet, ut aptus et conveniens ad probationem accessus fiat, hæc ideo tractari dupliciter possunt, vel applicando rei si serviant eidem, vel reiiciendo si non serviant. Ex hoc fonte ductũ Orationis nostræ exordiũ de S. Andrea et renovatione studiorũ, a nobis habita quæ infra vide.

Quartus fons ab invocatione aliqua auxilii Divini aut facundiæ præsertim in causis maioris momenti ubi Orator desideret, attentionem singularẽ vel plurimum fidit suæ causæ, tale ẽ Exordiũ Demosthenis de Corona. Primum Deos et Deas omnes precor Athenienses, ut quantã ego benevolentiam erga ~~vos~~ et Rempublicã et vos universos contestanter habeo. tanta mihi a Vobis in hoc iudicio tribuat. Tale Exordiũ etiã format Cicero pro Murena, quũ precatus sum a Diis immortalibus

Quintus fons ex abrupto quo utimur in rebus gravibus et vehementi affectu indigentibus unde duo requirunt talia Exordia

dignitatem sine qua iacet, et prudentiâ sine qua non abruptum sed absurdum est. Talia formavit Exordia sic: Ima Catilinaria, et in Pisonem. Fiunt verò talia Exordia Imo per libertatem quandam et audaciam dicendi, quod facit Mutius Scaevola apud Porsenam Petrusius lege apud Livium lib. 2do. Romanus sum civis, Caius Mutius vocant hostis hostem occidere volui, nec ad mortem minus animi est, quam ad caedem fuit, et facere et pati fortia Romanum est. Secundo per deprecationem. Sic Iocasta Mater Atolis media inter arma excurrens, alterum e filiis Oratione detinere studet.

Ad te preces nunc nate maternas feram
Sed ante lacrymas teneo longo tempore
Petita vobis ora

Tertio ab increpatione sic Marcellus profugos in acie milites alloquitur acerba sane increpatione utens ut est apud Livium lib. 27 cap. 15. Diis immortalibus tanto pavore incidentibus vobis invaluit, portasque non ipsa castra est aggressus, defenderetis profecto eodem terrore castra quo omisistis pugnam. Qui pavor hic? qui terror? quae repente, quis et cum quibus pugnaretis oblivio mentem invasit? nempe ii sunt ii hostes, quos vincendo et victos sequendo priorem aestatem absumpsistis &c. Similes tamen Exordiendi modi ex abrupto usitati sunt in militaribus Orationibus suasionibus, et dissuasionibus, in gratulationibus, et gratiarum salutationibus & Extemporaneis praesertim si inopinate et praeter expectationem aliorum ad dicendum procedamus.

Dilucido Maiestatem et Splendorem numerari inter requisita Exordia, sunt autem haec verbis selectis et

Sequens

figuris, figuræ vero eiusdem Orationis solitæ hæ sunt. 1ma Dubitatio. est huius figuræ clarum Exemplum apud Curtium lib. 6. num. [illegible] Vbi Philotas coniurationis suspicionem deprecatur. 2da figura Praeoccupatio Distributio rei illius, de qua locuturi sumus vt pro Cornelio Balbo, et quinctio anthypotesis, suspensio cuius Exemplum clarum Verrina I.

Dico 5to affectus in Exordio hi locum habent. 1mus lætitiæ et gaudii, cum gratiam nobis dicendi occasionem aut materiam ostendimus. 2dus doloris cum nacti sumus materiam aliquam, ex qua aut iam passa Respub. damnum, aut venturum metuit; Tale Exordium est apud Tacitum lib. 2. in Oratione morituri Germanici. Si fato concederent &c.

Dico 6to Vitia Exordii esse, primo si sit vulgare, id est quod multis causis applicari potest, et cuilibet materiæ servire, quod vitium Contrarium est illi fonti Exordiorum, qui ex visceribus causæ desumenda Exordia docent. 2dum vitium cum ita est commune, vt contra te ipsum retorqueri ab adversario, pro sua Oratione vti ille met possit. Deinde vt non sit longum adeo requiritur vero vt saltem decies, octies aut sexies Exordium contineatur in Oratione tota.

Tandem esto Informatio de Propositione quæ duplex est alia partitiua illa est qua partimur in partes de quibus dicturi sumus: indicatiua vero qua absolute indicamus, quod in Oratione dicendum erit. V.g. Ostendam tranquillitatem Regni in hoc consistere, si concordes inter se Patriæ viuant Cives. Hæc vtraque ponenda breuiter perspicue ad Confirmationem accomodata, ne aliud sit propositio aliud Oratio. Quæ porigi solent de captatione benevolentiæ paucas supra attigi. Nec vt Orator in hac parte multum laboret

praecepta, ad eam conquirendo cum ei ultro se ipsa obtrudant. Quando enim proponis breviter et perspicue quod dicturus es, cam[f]as docilitatem, quando item rem dicendam commendas vel audientia petis facis attentionem.

## Narratio

De Narratione haec breviter sciendum, sciendum 1mo Narrationem esse expositionem rei gestae quanti seriem et quandam ac fundamentum constituendum fidei ita sic: in partitionibus Oratoriis. Porro Narratio haec triplex est, una Historica, quae continet naturalem rei factae narrationem, seu relationem solo cultu verborum contentam. Secunda est Poetica qua fabulae et comediae tractantur et omnes fictiones. 3tia est Oratoria sub qua continentur etiam politicae Narrationes, atque haec duplex est, causae nimirum una, altera vero pertinens ad causam, causae illa est quae statim post Exordium post propositionem expresse ponitur, pertinens vero ad causas illa est, quae ontur interdum et Narratur, ex occasione occurrente in cursu Orationis vocantur potius hypotyposes seu descriptiones et de hac nobis res.

Sciendum 2do Narrationis partes esse duplices, maiores et minores et antecedentes, mediantes, et consequentes. Exemplum huius sit tale. Confirmemus vos sententiam hanc exemplo Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Ab antecedenti sic. Atque ut intelligere possitis quam pestem sit adolescentibus disceptatio allatura prava, si fides ei sit aliquo

Sit aliqua libet iuvenis luctuosam plane sortem, easumq veluti im=
pietatis imaginem ponere vobis ob oculos, quasi fatum fraud huius
disputationis, et infelicem partus fracta mentis: medius autem tale sit,
quo exponatur ipsum factum. Nobilis fuit Adolescens in loco
quodam, elegans illi forma, subtile ingenium, vestis nitida, nec incul=
tis moribus, sed quo fodavit omnia curandis cutis studiosus. A Pa=
rentibus ut sit studiorum causa missus in civitatem Nobilissimam Ja=
roslaviam, ubi cum audisset aliquem Epicuri discipulum de Compota=
tionis iucunditate, denique de insolenti conversatione disputantem,
qui probis benignisque moribus oculos animosque multorum retinebat, re=
pente mutatus in alium, non iam cibi et potionis parcus, ut ante, sed ri=
dentis blandientisque potus, colore captus, temperantiam contemnere
libenius indulgere vino, genioque largius maioribus poculis peragrari,
insanire. Modus consequens adiungitur, Neque iis se tantum in sordi=
bus velut in caeno volutare, sed alios ad tam impuri criminis
societatem impellere. Sed non diu miser Adolescens, genio viti=
is indulgere potuit, tandem in vicionum sordes, et in Orationis acu=
leos fatales ac funestos incidit. Quid moror? cum quadam nocte
ex nimiis perpotationibus domum se fallente vestigio, articulisque sub=
sidentibus lambentem retulisset, ubi lente funestum peteret, ecce tibi in
incendium. Deo ita permittente, imo vindice incidere, inclusum com=
burere, in illo perire. O flammas Adolescenti fatales! Sed
fallor: O sermonem de compotationis commendatione, quibuslibet
bet flammis et incendio saeviorem! in hoc te supplicium iniecit.

colloquiũ liberius, has tibi faces incendit hac pœnâ supplicioq
mulctauit:

Sciendum 3tiò. Materiã narrationis esse personã factum, causã, tempus locũ modũ, de his enĩ aliquid narrare solemus. Exemplum huius sit Narrationis Milonica narratio. Num. 24. in qua omnes hæ circumstantiæ expediunt, a Persona Clodii ordit; sic ibi. Clodius cũ statuisset &c rem vel factũ exponit ibi, Roma subito profectus est etc. post causas multas facti affert ibi. Occurrebat Manca &c tempus explicat ibi. Fit obuiã Clodio, ante fundum eius hora fere meridiana &c locum attigit ibi: ut ante fundum Milonis insidias collocauerat &c modũ quoq exprimit ibi: statim plures cum telis &c

Sciendum 4to Virtutes Narrationis illas eẽ potissimas si obseruat in illa = 1ma breuitas, quæ rerũ inutilium amouet plixitatem. 2da virtus perspicuitas, quæ enĩ in verborũ ambages, parentheses, longas præterea digressiones inutiles deuitent. 3tia virtus probabilitas, quæ consurgit, et consequenti narratione, habita ratiõe personarum, locorũ, temporũ, causarũ, et euentuũ, testimoniorũ, rerum præterea cum hominum opinione coniunctarũ. 4ta et ultima virtus est, quæ efficit et rerũ gestarũ, et inusitatarũ commemoratione. Item si excitet in Oratione expectatio, ut dubitet, quo res sit euasura, et si adducantur casus inopinati maxime felices, tum colloquia personarũ, dolores, terrores

aliiq

aliasq affectiones, cupiditates, quæ miram addunt Narrationi suavitatem. Videantur Exempla Narrationis in Oratione Ciceroniana, pro Cluentio, et 3tia Verrina, ubi ipse Cicero narratione plane Politica, triumphat quoq in hoc genere Quintilianus maxime vero declamatione 9.

Sciendum 5to. In Narrationibus his potissimum figuras locum habere, Imo hypotyposis, illustris est illa Verrinæ 7. Num: 163. Caedebatur Virgis in medio foro Messanæ Civis Rom: cum interea nullus gemitus nulla, vox alia istius miseri inter dolorem crepitumq plagarum audiebatur, nisi hæc Civis Romanus sum &. Suspensio, quæ plurimum affert non dignitatis tantum sed etiam voluptatis ut in eadem Verrina videre est. N. 10. Quid deinde, quid censetis, furtum fortasse aut prædam expectatis aliquam &. Intercedunt sæpe narrationes exclamationibus admodum vehementissimis, pulchra é illa pro Cluentio de Sassia Matre, ubi post aliquam narrationem hæc interserit ad motum num. 15. O mulieris scelus incredibile, et præter hanc unam in omni vita inauditum! o libidinem effrenatam et indomitam! o audaciam singularem! Increpatio etiam vehemens adhiberi solet, ab Oratore, quoties grave aliquod scelus exponitur, eiusmodi est Verrina 7. num 162. Si te illius acerba imploratio && Et in Catilinaria 1ma patere tua consilia non sentis &. valet etiam plurimum in amplificandis narrationibus communicatio, qua consilium vel auditorum vel personæ alterius exponimus. Sic Verrina 7ma num. 15. Si tu apud Persas &&.

## Confirmatio

Circa Confirmationem multa occurrunt examinanda, est enim haec difficillima pars Orationis, quae fidem, authoritatem, et fundamentum addit propositioni et licet haec inferioribus Orationis partibus, Oratori laboriosum sit, in hoc nihilominus labor illius maxime elucere debet, cum tota vis et maiestas Orationis in ea consistat.

3. porro in confirmatione tractari solent, nostrorum argumentorum expositio, alienorum, si quae sunt, confutatio, et digressio, cum eius inciderit occasio: ut de primo puncto dictum, in dispositione argumentorum, ea vero quae ibi omissa sunt huius loci propria subiungo.

Sciendum Imo Confirmationem esse partem Orationis argumentando, hoc est argumentis ex generibus causarum vel ex locis intrinsecis, seu extrinsecis desumptis, fidem nostrae causae faciunt vel breviis. Confirmatio est rei propositae, pulchra et elegans atque firma per argumenta probatio, locus illius est vel mediate post probationem vel post Narrationem.

Sciendum 2do inter virtutes supradictas maxime requiritur attentio in confirmatione, interim in Orationibus generis iudicialis, ut noscatur Crinomenon id est quod probandum inferendumque est vel tota vel magna ex parte Orationis videndum: item an sit simplex hoc crinomenon vel multiplex, item nunc in hac acie illa parte syllogismi aut in utraque constituatur nam aliquando consistit in sola maiore, aliquando in minore, quando est maior. Nota sic. Vg. Si maior esset nota non esse Numini Petrum occisum a Domino Paulo, qui filius

fuit

fuit Domini Petri tali Syllmo, impossibile e ut filius Parentem oc=
cidat, sed D. Paulus e filius ergo impossibile e ut parentem occi=
derit. Si Propositionem indirecte sic facere velis, cum minor sit certa
ergo maiori Crinomenon est faciendum totaq Oratione probandu impos=
sibile videlt ee Patrem a filio occidi, aliquando vero maior et mi=
nor p crinomeno accipitur, quando utraq propositio maior et minor
probari debet. Sic pro Roscio Amerino habet utramq Syllogismi
propositionem p Crinomeno Oraonis Vg. Qui habet causa occidit
Sed Roscius non habet causa ergo. non occidit, maior non est, a par=
te vera nec etia minor probanda proinde utraq fuit Ciceroni, ut
videre e apud eundem.

Sciendum 3tio antequa velis facere Confirmationem
1mo inuenias propositionem cum suo crinomeno quod aliquando e idem
cum propositione aliquo distinctu, si vero idem tunc ipsa propositio
plurib argumentis Oratori est probanda. Vg Si posueris temperan=
tia esse amplectenda, nec aliud crinomenon diversum a propositione vo=
lueris instituere tunc haec ipsa propositio plurib esset probanda argu=
mentis, et in Conclusionib inferenda propositio ergo crinomenon
per locos Rhetoricos ducamq. 1mo a Definitione
habitus animi coercens appetitu ab illicita voluptate amplectendg est
Sed temperantia est talis ergo amplectenda. A partiu Enume=
ratione Modestia, vigilantia, frugalitati studendum est, ergo et
temperantia. A Notatione Temperantia est quae temperat

non rectos animi impetus: ergo amplectenda. A Coniugatis Tempe-
-rantem esse, ac temperanter vivere ab omnibus illecebris sibi tempe=
rare laudabile est, adeoque amplectendum: ergo et ipsa temperantia. A
Genere Omnis virtus amplectenda est, sed temperantia est virtus ergo
amplectenda. A Forma et Specie continentia species temperan-
tiae laudibus est amplectenda, ergo et temperantia. A Differentia
cohibere animum ab immoderata voluptate et cupiditate laudabile est,
ergo aliis virtutibus est laudabilis. A Simili Navis sine
Navarcho exercitus sine duce periclitatur ergo et homo sine temperantia.
A Contrario libido fugienda ergo temperantia sequenda adeoque am=
plectenda. Ab Adiunctis Conservatio rei familiaris est procuranda
ergo et temperantia, cuius studio ea praestatur. A antecedentibus, fugere
crapulam, et exercere se ad temperantiam laudandum est, ergo et temperan=
tiam colere. A Consequentibus bona valetudo, quies, et laetitia con=
scientiae amatur ergo et temperantia, quae talia commoda generat.
A Causa Efficiente. Appetitus perfectionis Christianae fuga vi-
-tiorum laudantur igitur et temperantia, horum effectrix laudabilis est:
A Causa finali Temperantiae finis est frenare impetus illicitos
atqui hoc expetendum est, ergo et temperantia. Ab Effectis
perfectio animi, Sanitas corporis desideratur, sed haec sunt effectus
temperantiae, ergo temperantia est desideranda. A
Comparatione minoris, Artes quae corpus exercent amplectimur
ergo et temperantiam quae expolit animum. A Comparatione

pario

parius Justitia, prudentia, fortitudo diliguntur ergo et temperantia diligenda est. Consimiliter sit in Oratione virtutis aliis. Aliquando vero Crinomenon est distinctum a sua propositione, quod tunc plerumque contigit quando fundamentalis et solida adfertur ratio una vel multiplex, quae sufficiat sive probetur ad id assequendum quod ostendis. V. g. Sit haec propositio Cosaci ad internetionem delendi sunt et Crinomenon esse potest, quia multis conditionibus instabilem pacem, et fidele Reipub. obsequium reduci possunt, cum vero talis solida ratio quae Crinomenon constituat adfertur, tum non debet ipsa propositio sed sola ratio, quae pluribus rationibus inventis debet solidari ipsa vero propositio ad Conclusionem referri. Et hic pluribus dictam rationem probaturus plura argumenta ex locis desumes V. g. A Conjugatis pax est a pacificis Cosaci nunquam sunt pacifici ergo etc. A Causa materiali ostendendo Cosacis inconstantiam ut potè qui Regem pro suo neque agnovere nunc agnoscere volunt cum contra Rempub: arma sumant ergo etc. A Consequentibus bellum Cosaci ipsi volunt, qui ultro in legiones suas abeunt ergo etc. A definitione quia pax haec non est vera, quae est, sed potius pacis simulatio in ordine ad retinendam Ukrainam ergo etc.

SCIENDUM 4to Quousque dictorum argumentorum instituatur tractatio, Exordium permittendum aliquod ita: Genti quidem Polonae sicut insitatum est bello quempiam finitimorum adoriri, nisi belli causam luculenter videat, multo magis innocenti eandem inferre. Ratio supremum enim bellorum Arbitrum Deum in eo pugnare didicit

qui innocentes lacessunt bello essetq breviter aliquo vindictæ divinæ exemplo res illustranda faciendoq deinceps ad propositionem accessi tali modo nihilominus nec ita pacis amans est, quietisq studiosu ut lacessita in in arma non ruat. Cæterum si hostis per [illegible] insultet, aut p cedes ultroneas ad fatalem æmulationem provocet, esseta hic ponenda propositio. Esse movendum adversus cosacos bellum vel esse ad internetionem delendos, sequitur postmodum Crinomenon, si causam quæris pax quidem sancta est cum Cosacis verum hæc suspecta Patriæ nostræ eo debet adeoq juste contra hanc perniciem et pestem Reipubl: sumenda arma. Comparationis argumentum primum a Definitione poni potest, Omnis simulatio pacis suspecta est, sed pax cum Cosacis est simulatio ergo etc. Maioremq ipse videtur habere apertam veritatem afferre posses per sententiam. Sic nemo inquit Seneca personam fictam diu ferre potest, et ficta in naturam cito recidunt, ratio dicti quia simulatum nihil potest esse stabile et diuturnum. Minor sic quis vero eum hostem perniciosum esse non censuerit! qui cum se maxime pacem simulat afferre cum maxime nocere voluerit: Cosacq cum Polonis pacem iniit, et quis eam firmam dicat, quam ad spem amicitiæ firmam esse experimur, re autem occasionem belli renovandi dari nobis visus est, vel præsenti tempore tot illatis iniuriis. Tali modo procedendum cum reliquis rationibus supra recensitis.

Septimum 3tio in Demonstrativo genere varias esse Methodos ducendorum argumentorum. Imo per virtutem alicuius personæ. 2do per ætatem. 3tio per tempora

4to

4to per singlex geng bonorum. 5to per secundum dispositionem. 6to per aliquam allegoricam tractationem per virtutes fieri pt. V. Imo primas prudentiae, et quomodo ad eam pervenientis quent laudas, quemadmodum ad eam à natura fuerit instituta, quid subsidii ad eductionem susceperit, quomodo acquisita fuerit usus et omnes eius implicuerit partes quos fru= ctus ab ea acceperit &c. Sic absoluta prudentia transitus fieri posset v.g. ad iustitiam, ubi item illa referes quae vel ad probandum vel amplificandum illius iustitiam servire possent laudando videlicet ex eo quod prudenter mu= nera distribuat in bene meritos non ut quidam principum, lenones et adul= terorum greges, quod sontes pro merito puniat, et secundum Apostolum non frustra gladium portet, quod respectum personarum nullum habeat, sed amore iustitiae omnia agat, absoluta iustitia ad alias virtutes transire poteris totiusque vitae actiones ad eas revocando v.g. ad fortitudinem, quae consi= stit in aspectu rerum sublimium et honestarum scilicet immortalitatis et gloriae deinde animi constantia solus enim nobilem ac generosum animum prodit qui difficultatis obiectu non frangitur, fortitudo est impatientia quae nullis rebus adversis nullis iniuriis aut probris movetur. Per aetatem fieri posset dispositio hanc dividendo in infantiam et 7 annum pu= eritiam et 14 pubertatem ad 21 adolescentiam, ad 24 iuventutem, ad 36 virilem, ad 42 senectutem primam, ad 49 senectutem secundam ad 76 haec aetas est iuxta medicos divisa, iuxta A= strologos et Philosophos, infantia extenditur ad annos 7 pueritia ad 14 adolescentia ad 22, iuventus ad 24, virilis ad 40, se= nectus ad mortem. Si inquam sic dividas requires laudabile

quid in qualibet parte ætatis reperiri posset in eo quem laudas. Per tempora potest distribui laus, sic recensendo quod ante vitam laudabile contigerit, quæ prodigia, quæ parentum fortunæ maiorumque gloria. 2do quid in vita gesserit in hoc vel illo statu. 3tio quid post vitam evenerit in dicendo dolorem publicum, famam, testimonia eius virtutis. 4. Per bonorum genus quod triplex est, videlicet bona animi, bona corporis, bona fortunæ. bona fortunæ sunt familia, si sit vetusta claro, rebus gestis celebris, et nota, educatio qualis illa fuerit, et ubi, domine an in castris, an in aula an in schola? quam bonos Præceptores, Dominos, Parentes habuerit. Opes an easdem Reipub: Ecclesiæ amicorum, pauperum, utilitatem converterit, potentia quomodo comparata, et cui usui fuit, quibus in Deum Patriam in amicos meritis acquisita fuerit, et qualis de illa apud homines fuit opinio, honores et quomodo comparati, quis usus favor et gratia Principum, quomodo parta est usurpata amicitia, quam sancte servata sincera, humana fidelis et quales amicos habuit, felicitas in rebus gerendis, pro Patriæ et amicorum bono susceptis. Bona animi sunt scientiæ et virtutes, scientiæ vero sunt partes, prudentia et sapientia, prudentia duplex est œconomica quæ domum gubernat. Politica quæ in administrandis Reipub: Officiis versatur, Sapientiæ comites sunt, Theologia veris prudentia, Philosophia, Rhetorica, in his quomodo excellerit singulis ostendendum. Bona præterea animi sunt, memoria ingenium facultas, et promptitudo in bonum. 5. Per locorum distributionem sic, ut si in unum quasi referas punctum, ea, quæ in scholis gesserit, item quæ in aula, quæ militiæ, quæ domi etc. Per Allegoriam sic si ad aliquam imaginem vel similitudinem

tota

totam vitam referes, servato naturali vel permisto ordine, sic quidam Zoltie vivum in Herculis imagine laudavit, et alter totam Christi in solis delineatione vitam adumbravit. Per ordinem naturalem fieret distributio, si ordo naturalis eruetur, ut res factae sunt recenseantur dividendo partes aetatis à prima usque ad illam in qua mortem laudatus oppetiit: singulas interim laudabiles actiones cuiusque parti aetatis subiungendo.

Observandum necessarium in genere Demonstrativo praeceptum circa confirmationem, quando una res tantum vel unum factum assumitur, sic procedendum esse, quemadmodum in confirmatione generis deliberativi, pariter licet argumenta ponenda, quae magis ad amplificationem quam ad probationem serviunt. V.g. Si assumeres aliquem laudandum eo quod honores sibi oblatos contempserit. Propositionem hanc faceres Ipsilanti illum oppressisse ostendam, quod honores oblatos subterfugerit. Rationes vero has vel similes, his Ipsilanti opus quia magni est animi multis mentis dotibus tam dignitatem sponte recusare. 2do quia vere magna dignitas et multis appetibilis. 3tio quia sine exemplo fuit. 4to quia eo fecit sine ut plus temporis haberet ad serviendum Reipub. ex virtute cui erat addictus praelegendo.

Observandum 2do in Orationibus Panegyricis quanam confirmationem per plura puncta tractare velis ita procedendum esse. Imo Principaliora puncta solvenda sunt, eorum rerum quae laudando assumuntur, vel ex quibus laus peti debet hunc in certum ordinem. 2do Cuiusmodi puncta seligi debent ad quae reliqua minora per modum probationis, et amplificationis reduci possunt. 3tio ut selectis et dispositis punctis, iudicium de illis facias, utrum admirabile, utrum magnum

vel e contra commune, vel singulare gratu Reipub: arduu factu vel non? et his similia, quod duobq modis fit, vel quod pdicatu est, omnibq applicando cunctis vel singula singulis sic vgß. In bello Cosatico habuimq illu militem, in Sueticio Imperatorem, in Moschovitico triumphatorem, vel iuventia eius fuit sicut aurora, iuventq ut meridies, mors sicut sol occumbens. Si autem cuicunq puncto unu idemq pdicatu applicandu sit, sic fieret. Pietas in illo fuit singularis, iustitia singularis, liberalitas singularis, sic distributio punctis quasi quibusdam Orationis partibq adhibenda sunt rationes, quot libuerit, vel quantum magnitudo orationis permiserit.

## Confutatio

Quia est magna cognatio ut dictu est, confutationis cu confirmatione ideo huc illa retulimq, licet ab aliquibq ponatq ante confirmationem, cognatio inter illas ea est, confirmatio enim ad probandum, confutatio refellendu valet, haec adversorum argumenta obiecta dissoluit, illa argumentando causae fidem facit, ideo fere communes praeceptiones habent, speciales tn confutationis subiicio.

Sciendum. 1mo Duplicem esse confutationem, aut eoru quae constat obiecta ee, aut eoru quae cadunt tantu in suspicionem et ab ipso Oratore prudenda: timendo ne ab adversariis obiiciantq, fidem Auditores deroutent. Exemplum prioris confutationis quâ ea quae constabant obiecta diluuntq. Est Oratio pro Milone obiectum

erat

erat sicarium cur erat victus Clodius cum haberet apparatum? respondit Cicero, quia non semper viator a latrone, nonnumquam etiam latro a viatore occiditur, videre est et nostra Oratione pro Cornelio Balbo in qua confutantur obiecta ab adversario, obiecta in quam pro illegitimitate donati civitate Cornelij Balbi, suspicionis exemplum ibidem Milloniana, ubi septem diluit suspiciones ab illis verbis, an vero obliti estis Iudices? etc.

Sciendum 2do. Maiorem industriam et laborem confutationem requirere, quam confirmationem, ut enim difficilius est sanare vulnera quam infligere, ita difficilius est, et magis operosum defendere quam accusare, quia accusandi ratio simplex, defendendi vero multiplex est. Inprimis autem ad argumenta adversarii obiecta attentus esse debet, quoniam confutandi ratio ex Dialectica petenda, servato Rhetorico officio quod est augere et copiose dilatare nuda Dialectica membra. Dixi attentum esse debere, quia non uno eodemque modo diluenda sunt, quaedam enim per reiectionem et responsionem obiecti, ostendendo falsum esse quod dicebat, et sic pro Balbo falsa est et distorta iuris interpretatio ab adversario illata, vel certe distinguendo propositiones argumenti propositi. Sic diluit Cicero obiectum adversarii contra Milonem. Homicida est puniendus. Milo est homicida, ergo etc. Respondet sic: ad maiorem per distinctionem, homicida qui offensionis studio, vel privatae vindictae cupiditate, et non defendendi sui causa caedem facit est puniendus. Concedit Maiorem, homicida, eadem distinctionis est applicatio, videlicet studio vindictae et cupiditatis, negatur studio

defensionis sui Milo est homicida. concedit Maior et negat consequen-
tia. Quidam diluunt per infitiationem, cum scilicet ea quae ob-
iecta sunt, non concedunt, unum plurave. Sic facit Cicero pro Roscio inter-
ficiendi Patrem, defuit Roscio voluntas et facultas ergo Roscius Patrem
non occidit, aut certe concessis iis quae obiiciunt in antecedente negatur
consequentia, et concedo minorem interfecisse Clodium. Sed nego ideo pu-
niendum, caedis enim eius meretur excusationem, quia seditiosum et grassa
torem licet occidere. Possunt etiam dilui obiecta adversariorum per instan-
tiam, quando scilicet contra firmam argumentationem aeque firma alia,
aut firmiora ponunt argumenta; et sic Cic. pro Cor. Balbo ad illud ad-
versarii argumentum, quod foederatum civitate donari non liceat, respon-
det Cicero exemplis plurimis Romanorum multos esse tales civitate receptos,
est et ille modus planus confutationis inter ceteros quo personae authoritatis
magnae et vitae bonae uti possunt, vel sibi soli, vel uno saltem verbo fa-
ciant amphibologia, sic fecit Scipio Africanus, qui cum quidam conuiciatore
tore criminibus perfurde onerarent hac breui oratiuncula perstrinxit. Ho-
die inquit Tribuni plebis vosque Quirites cum Annibale et Carthaginen-
sibus, signis collatis belle ac feliciter pugnastis. Ego hinc extemplo ad
Capitolium ad Jovem Maximum Junonemque et Minervam ceterosque Deos
qui Capitolio atque arci praesident salutandos, ubi vel gravius agam,
velitis quoque Quirites hi quibus commodum est ite mecum et orate Deos
ut mei similes principes habeatis. Hic vides Scipio nihil obiicit
nihil purgat innocentiam et authoritatem magnam proferens ratus totam
tamen multitudinem secum traxit, et calumniatorem, quia si dicit
laculenba

luculenta percussit plaga. Si vero negari non potest obiectum Crimen uti compensatione Orator apponendo virtutes alias obiectis criminibus, quand dicit, probus iustus clementem pius vel certe non nunquam usu aut interpretatione tacita adversariorum tela feliciter hebetant. O virum probum nonne vides in eo maximam frugalitatem, et tu tantum virtutem vitii nomine dehonestas, si timidum prudentem, prodigum liberalem dices. vel etiam docendo non virtutem sed vitium esse. Hinc au[?] alter Tullius probat Milonem, summum Reipub: beneficium contulisse cum Clodium interficit, quod passematque spacium a Romanis cervicibus prohibuisset suam. 84.

Sciendum 3tio licet Confutatio propria sit Patronorum, seu eorum qui causas defendunt, ideoque proprie ad genus iudiciale pertinet non tamen excluditur a ceteris causarum generibus. In deliberativo illi etiam locus esse potest in suadendo aut disuadendo ubi eodem modo argumenta refutari possunt. Deliberativum enim genus non tantum id quod dictum esse considerat, sed saepe imo saepius id quod dici posset explorat, par ratio de genere Demonstrativo, ubi si quando persona laudata ob malevolorum linguas periclitata sunt refutari possunt linguas scindentes.

Sciendum 4to Confutationem posse fieri ~~[illegible]~~ per rationes conglobatas, magna vi et celeritate vibratas. Exemplum exstat in Oratione pro Caelio. Quid expectatis melius. 2do per seriatas rationes permistas decalcatas, Exemplum in Pisone ubi at auditis. 3tio Per Interrogationem et Subiectionem, sicut.

pro Quinctio negó fuisse causam, et pro Sextio appellandi tempus. 4to. Coacervationem. Exemplorum pulchro nexu colligatorum. Sic pro Cornelio Balbo et pro Milone illo loco, negant intueri lucem fas esse ei etc.

# Peroratio

Est ultima pars Orationis Peroratio et quidem artificiosus terminus, et extremus operis Oratoris actus. In ea pariter Oratori non minus laborandum quam ceteris partibus Orationis ob multas rationes, tum quia constantis ingenii est in Principio, ita fere ostendere ut ad exitum diligentiam non adhibeat, tum quia Auditor fatigatus excitandus est. Hanc artem perorandi perquam solerter Tullius in suis Orationibus exercuit, illius proinde adducenda brevissime.

Sciendum 1mo Partes conclusionis esse duas enumerationem scilicet et affectum. Quod enim dividunt aliqui in plures partes conclusionem scilicet in amplificationem exhortationem supervacaneum videtur, amplificatio enim et exhortatio ad effectum, partem scilicet 2dam perorationis spectat.

Quoad primam ergo partem scilicet Enumerationem observabit 1mo Orator ut ea argumenta, quae in Confirmatione adduxit, quam brevissime et perspicue repetat. Cavebit etenim ne iisdem quibus in Confirmatione cum ea retexebat utatur verbis, imo sententiarum novitate, verborum varietate ea asperget. Exempla plurima eius apud Ciceronem noviss[im]e pro Cornelio Balbo.

Observabit 2do ne res minutas conficiat, quia a gravioribus facile absorbentur, illudque potissimum frequentabit, quod est firm[um]

tamen.

lamentum dictionis in Auditorum animis nitatur.

3tio Si aliquis faciat Orationes affectibus motibusque per totam confirmationem concitatas, illas enumeratione non egere imo aliquando et Serratione, si in conclusione tantum vult et expedit excitari id dicit. Si autem longior fit Epilogus plus in eo industriae ponendum.

Sciendum 2do Quamvis affectus et aliis Orationis partibus de quibus iam dictum laudabiliter inserantur. Maxime tamen locus illis est in Epilogo, ubi animi Auditorum his quasi stimulis excitantur, ideo probavit haec communia praecepta in Demonstrativo genere, si laudamus laudandum cum gratulatione, admiratione, amore, aemulatione, Stilia, si vituperamus, odium invidia contemptus, et pudor cieri debent. In consiliis de rebus capiendis spem excitabit, sive explendae cupiditatis, sive ulciscendae iniuriae, interdum etiam timorem et periculi metum inici prodent. In iudiciis omnia concurrunt amor odium, invidia indignatio, misericordia illam accusator hanc reus aucupetur. Cavendum tamen ne in rebus minutis tragica moveantur: Denique talis esse for orator ut apes imitetur Orator quae dum rostellis suis mel exsugunt, a tergo spiculum gerunt, quod quasi per insidias eiaculantur. Probus itaque Orator in principiis multum mellis habebit, quo deliniat Auditores, in exitu vero stimulos et aliquando feles aspergit dictioni potissimum incusando. Ad illustrandam Orationis scholasticae structuram et confirmandam. libet adiungere crapum Orationis dictae in studiorum renovatione 21. Septembr: In Collegio Costcomano Iaroslaviensi.

# Princeps Sapientiæ

Exord: ab antiqtate

Solennis fuerat Sparthis consuetudo, ut in eorum conspectu qui ad Reipub: clavum sedebant, omnium ordinum milites convocarent antequam conserturi cum hoste manus in arenam descenderent. Auditores. Audiebant illi disertissimi Poetæ illos versus, qui modum excutiendæ

Emuli despecy

ignaviæ docebant, viam belli feliciter conficiendi demonstrabant, rationem denique omnium difficultatum faute superandarum apponebant. his versibus tanquam classico excitati milites, in acies certatim mentes, et vitam pro Reipub. in=

metaphora

tegritate in discrimen coniiciebant et fortunarum in cruenta hac tempestate sine ulla cunctatione patiebantur. Vester iste in me oculorum animorumque coniectus Adolescentes ornatissimi, quo mea tendat Oratio non dubito quin assequatur. Redistis domo Jaroslaviæ cursu honestissimarum literarum animi causa certo tempore intermisso continuaturi, refecistis vires, collegistis animum, molestiam annui laboris abunde sustulistis. Quis nunc est sensus animorum vestrorum, nisi ut munitissimis sapientiæ castris contra ignorantiam aeternum gentis humanæ hostem, paretis arma aciem instruatis bellum suscipiatis. Et cum nuprima hac Deo vertente bene tanquam signo ex arce sublato initium certaminis proclamatum, et hodierna die ab iis qui gubernacula Reipub. literariæ tractant more Sparthano accersiti et ad pugnam pro sapientia fortiter capessendam excitati in hunc locum convenistis, expectatis forsitan, a me Tyrtaei Poetæ versus qui vobis modum belli feliciter gerendi referat, et seriem commodorum inde promanantium pro oculis ponat. at cum divini illius Vatis vim atque

maiestatem

Maiestatem Vestrae nequeam, vt rem tantam, tam grauem tam
expectatam ingenio consequi verbis explicare sustinere industria va=
leam, prouinciam hanc celeberrimo Poetae Horatio delegabo, conceditque
animos quieto dicenti, quantas laudes deuet in eos, qui fractis
ignorantiae telis in amplissima sapientiae possessione conquiescunt,
quibus libais, vos ad simile prouocet et excitet certamen, quibus
gloriae stimulis adigat

Ad summam sapiens vno minor est Joue dives
Liber honoratusque pulcher Rex denique regum.

Atque dum hos nobilissimi auctoris in medium hic affero versus am=
plissimum sapientiae laudum pelagus mihi se obiicit, in quo duas insulas — Propo. partitiua
tangendo sistigo, in vna principatum in res cunctas creatas, habere
a sapientia ostendam, in altera breuiter rationes, quae ab eius famula=
tu deterrent explodant. Vos Auditores A.A. M.M.: tenuem orationis
naviculam, nec remis sententiarum commode instructam, nec verbo=
rum velis sufficienter munitam vestrae beneuolae attentionis aura ad
portum prouehatis. Soleo frequentius ponere — Confirmatio
ob oculos, atque agitare animo stupendam huius vniuersi structu=
ram, quae tantum diuinae potentiae sapientiae, bonitatis, nostrae men=
tis acuei ingerit, vt haec a nobis illius contemplationem cognitionem amo=
rem iure suo repetant; quis enim diuinam potentiam sibi obuiam ne= — Descriptio mundi per:
gauerit! si tantam terreae huius machinae molem, nullis subnixam
columnis, nulli incumbentem basi nullas vnquam ruinas minitantem
cogitauerit. Cuius mentem diuina sapientia in admirationem non — Distributio

admirationem rapiat? Qui superiorem illam orbis partem, caelorum
pulcherrimam inter se connexionem, solis splendorem, siderum
et vim et magnitudinem, nitorem lunae albiori consideratione
pertractaverit? Cuius denique oculos non perstringat venustas ad=
mirabilis, varietas singularis, multitudo innumerabilis earum
rerum, quas in hoc inferiori mundo conspicimus. Magna haec et
admiratione digna sint Aud: At princeps omnium rerum sapientia
cui florem aetatis vestrae consecrastis, ita sua maiestate his omni=
bus praestat, ut si densissimas tenebras luci conferatis. Habeant sa=
ne suum decorem scintillantes igne caelorum orbes, credantur suis
revolutionibus, lumine, motu, calore inferioris huius mundi prodesse
rebus, non desit sua laus plantis, herbis, elementis, non desit vis
animantibus, splendor metallis, valor et pretium gemmis conceda=
tur, et admirabili fabricae corporis humani, quam solum Momus
omnia olim in reprehensionem vocans haud approbasse narratur,
concedatur inquam illi quidquid existens, vel ad speciem pulchri, vel
Distributio ad usum commodi, vel ad novitatem rerum suam potest referre com=
mendationem, et divinae quidem sapientiae potentiae, bonitatem
indicabit, et sapientiae dignitatem nunquam exaequabit.
Cocutio Componamus quaeso illa cum illis quae ceteris antecellere videntur.
Ac primum pulcherrimum illud mundi oculum quem solem ap=
pellamus comparemus. Sol vastissimum hoc orbis theatrum
illuminat, sapientia mentem hominis tot involutam tenebris, tot
Gradatio † nebulis ignorantiae offusam occupat, occupatam illustrat

illustr.

Illustrata omni splendore splendidiorem reddit. Sol tenebras humano generi invisas amovet, sapientia densissimam errorum caliginem discutit, veritatis radios producit, fovet, conservat propugnat; ille concretam glacie terram solvit, abstrusos cavernarum recessus calefacit, immissos terrae humores extrahit extractos sursum elevat, ista in suis alumnis virtutis excitat igniculos repentes humi cogitatus ab humilibus abducit, et ad contemplationem rerum divinarum erigit, urget, instigat, quoties sol vel defectionem patitur, vel alias orbis partes Antipodas invisens a nobis fere subducit, sapientia ne tantum quidem unquam ab illis recedit, in quibus sibi semel defixit stationem! Effundat sol iucundissimum lumen, at nisi circumfusi aeris accesserit adminiculum, colores sensu percipiendi videri haud poterunt. Ubi vero Sapientiae illustrissimum iubar illuxerit, reconditas ab humanis ingeniis rerum naturas nullas mediante virtute despicimus. Quaeritur frequenter oculorum oblatus, illa eum corrigit: decipitur auditus illa deceptum erudit. Consulite Auditores visum quanta sit vel terrae magnitudo, vel caelorum latitudo, quanta sit cuiusvis astri, tam a terra distantia, tam in se extensio? Cetera quidem se ignorare fatebitur, astrorum vero quoduis minus. Age clarissimum lumen Sapientia, tu abstrusam veritatem, quam Democritus in profundo latere credebat in luce collocato. Respondet solem magnitudine centum sexaginta sex vicibus terra esse maiorem. Aperit terrae ambitum a luna 39 Concessio Allocutio

a Stellis primae magnitudinis centum et septem, a sideribus se=
cundae magnitudinis nonaginta vicibus magnitudine superari.

Apostro: Petite a sensu prius ne flamma inter nubes coruscet, an caelum
tonitru concrepet? experientia magistra se didicisse testabitur,
fulgorem illum prius micare, quod prius ob oculos nostros obversa=
tur, strepitum tonitrui, posterius exerceri, quod ille auribus po=
sterius excipiatur. Offerte rem discutiendam sapientiae. Dicet
anhelitum illum terrae se in nubes inducentem, moveri primo,
Gradatio motum calefieri, calefactum latiora spatia cum fragore quaerere,
postea motu vehementiori agitatum intensius calefieri, calefactum
Licentia accendi, accensum (utar verbo Philosophi) igniri, ignitum fulgo=
rem edere, qui tametsi posterius exerceatur quam tonitru, prius
tamen sensu percipitur, nam colores et lumen in puncto tempo=
ris aciem oculorum incurrunt, sonitus autem pedetentim in au=
res illabitur. Sed ad faciliora devolvatur Oratio.

Audire mihi videor quendam minus aliquid rerum aesti=
matorem, qui auri pretium cum sapientia in certamen ve=
Comparatio 2da nire posse contendit. Sed opinionem hominis discutiamus.
Ponite vobis ob oculos Adolescentes ornatissimi duos homines
alterum clarissimis ortum natalibus, omni copiarum genere instru=
ctum, et nullis doctrinae munitum studiis: obscurum alterum natum
loco, penuriâ reifamiliaris laborantem, sed omni eruditione
expolitum. Conferte utriusque vitam, expendite sortem, dignitatem

examina

examinate, videbitis profecto tantum inter utrumque discrimen, quantum inter lucem et tenebras. Aduertite isti nihil habenti, nihil unquam defuisse, in illum nihil aliud generis splendorem, opum copiam, beneficii contulisse, nisi ut notior sit illis, quorum vitam in= signem infamia labem aspersit, maior illis qua angustiae tam facultatum quam eruditionis torquent. Ostentabit iste ingentem auri copiam, numerabit plurimos pecuniae aceruos, recensebit longam fundorum seriem; at quia eget doctrinâ, quae haec omni ex parte moderatur, prodibit interea opus suum, Seneca in amplissima sapientiae collocatus, et insipienti diuiti in aurem insusurrabit, Non est tuum fortuna quod fecit tuum. Recensebit iste auiti generis splendorem, stemmatum antiquitatem, longum annorum ordinem numerabit, veniet quispiam Serapius multâ doctrinâ ornatus, et contenta voce notabit. Eriget iste splendidas aedes, laqueata auro et ebore tecta, strata marmore pauimenta. Purpurâ teget parietes, explicabit gemmis distinctam supellectilem. Emerget Diogenes inter angustam unius dolii ambitum latitans, tenui contentus apparatu, aquam caua manu hauriens, exclamabit, viuis et miserè viuis inter opes inops, inter amicos vacuus ab amicis, inter purpuras nudus, inter frequentiam satellitum solus, inter honores inglorius: admirare meam vitae rationem, imitare felicitatem, aemulare excellentiam, olerib. vescor, et haec condit suauissimum condimentum sapientia, angustiis unius dolii circumscribor, at hoc dolium virtutum emporium, sacrarium sapientiae, eloquentiae domicilium habet, nudum me a famulis aspicis, Veniunt Caesares, aduolant Principes, extollunt ingenium sapientiam celebrant, sententiarum vim admirantur. Aduertis iam A: opinor

A Contrario

Inductio

Sapientiae dignitas

praestat auro, quod imperita hominum multitudo, quam Divus Vates
multorum capitum belluam vocavit, numinis instar veneratur.
Ceterum concedamque plus auro quam sapientiae, nonne haec eruditissimum
in sui ~~sparsione~~ possessione collocatum ad divitias iter obtinendas faciet: Audivi=
stis Demetrio Phalereo 360 statuas aeneas uno anno apud Athe=
nienses erectas! erexit sapientia? Admiramini Aristippum ad
Conglobatio ex naufragio Rhodum fuisset eiectus a civibus certatim in adventu
illius effusis muneribus magnis cumulatum! cumulavit sapientia.
Legistis Socratis unius obstetricis filio tantum honorem tantum
ipsum fecisse collocatum? contulit sapientia.
Sed quo ego cursu Orationis abreptus, virum eruditione orna=
Transitio tum, omni divitiarum genere circumfluere intendo, cum Poëta uno
ad Comparationem [illegible] minorem Jove vocant. Quanquam et hoc ipsum diu in medium affe=
re, illud mihi summopere admirandum videtur, quod cum ad Deum
proxime accedere monumentis literarum non consignant. Rationes
illi deerant! at habeant. Ego non habuerint. Sicuti illi fucatis suis
fundamentis Acheloëm in Taurum, Aegoniam in fontem, Athlantem in=
montem, Prognem in lusciniam conversam fuisse, asseverant, non haud
cunctantem quin idem astruere viro in altissimum sapientiae fastigium evecto.
Adeste animis, qui adestis corporibus, Juvenes, quod vobis licentia
Poëtarum negavit, aut autoritas Demadis Philosophi concedit. Video
vos sententiae hominis nulla veri Dei cognitione imbuti, refraga=
ri. Accipite quid in eam sententiam Divus Hieronymus afferat. Quid
fuisset (inquit) in hoc orbis theatro sapientia, testis sit Tullius, De=
mosthenes, Plato Aristoteles, quorum voces non ut voces hominum
sed ut oracula Deorum immortalium despiciunt. Pro causis

Pytha

Pythagoras inueniebat, ob quas hominem proxime ad Deum acce
dere asserebat, veritatem, æternitatem, beneficentiã, quæ omnia in
sapiente reperiri nemo iverit inficias. Quis enim veritatem ines
inueniri negauerit, qui in illius inquisitione, omnem suam operam, omnẽ
cogitationem, omnem ætatem collocauit! cuius consulta responsionum
verba, effatorũ loco habent, ad cuius consiliũ tanquã ad verissimã
morũ normam actiones humanæ diriguntur. Quis eum in sapientis
rebus euoluendis, futuris luculenter cognoscendis a veritatis tramite
deflexurũ crediderit, qui quasi nuntius et interpres cælestiũ, etiam
ea quæ impendent, tanquam ex altissima specula conspicit et ho=
minibus communicat. Mitto hoc loco Anaxagorã, cælo adhuc sereno
imbrem futurũ prædicentem, silentio celo Thaletem Milesiũ oleaũ
ybertatem auibus et defectionem solis, quæ multo post tempore futu-
ra erat, communicantem. At æternitatem sapientiæ stabiliendã
propono. Dixerit Euripides, mortalem mortaliũ felicitatem! con
cluserit Metrodorus omnes hominũ possessiones iniuria temporis
consumi! at sapientiæ famulatũ nullis temporũ limitibus, vita
et honor circumscribitur, dicam immortalem mortaliũ felicitatem
haberi; cetera omnia, facultates, honores, formã corporis vel ante
interitũ, vel in ipso interitu interire, solũ sapientiæ nomen cũ
Poeta immutabili æternitate contineri asseram.

--- Nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis ingenijque bonis

Attribuant nescio quibus veterum monumenta Poetarũ virgã illi
quam Homerus Palladi beneuolentiæ promerendæ causa obtulit, quo

Lectitio

Vlyssem confectum senio florentem aetate reddiderent; Praedicent ambitiosam quae Thetis Patrocli corpus ab omni corruptione exemit. Admiranda sunt haec, sed immortalitas rationum fundamentis stabilitata sola sapientia optimos de se meritos tametsi ex vita statione decesserint, ab omni interitu vindicat, intuentur lucem, et omnem aeternitatem intuebuntur, laudum enormius totum per orbem, et orbis huius aevum celebrandi, Demosthenes Aristoteles Tullii et 600 alii, qui ita florent, ut hodie vitam ingressi videantur. Spectatis fortasse et beneficentiam sapientiae, audite augustissimam rerum omnium principem sapientiam ita vobiscum disserentem. Agite Studiosi Adolescentes qui divino afflati entheo animos vestros meo applicuistis studio, quo sive utilitatem sectamini, nihil utilius, sive oblectationem nihil suavius, sive pulchritudinem nihil illustrius invenietis, Percurrite animo singulas aetatis humanae partes, cunctam publicam temporum varietatem, quantum ubique beneficiorum meis sectatoribus afferam, considerate. Ego pueros de ipso nutricum sinu acceptos suavitate honestissimae voluptatis officiis, refectos in meum gremium recipio, receptos quantus sit in mea virtute splendor, quanta in vitiis deformitas doceo, Ego adolescentum animos ad praeclara studia accendo, effrenatas licentias coerceo; Ego Jasonem in turbulento mundi pelago navigantem concinno virtutum concentu aures demulceo, ne adulterino Sirenum cantu decepti in scopulos deferantur, meque duce fortes virorum Heroes [?] aureum vellus colorum domicilium consequuntur. Ego senum, quorum vita variarum procellis dominarum iactabatur aegritudines

Prosop:

Gradatio

sublevo

Curas attinus molestias abstergo. Ego religionem in Deum pietatem in parentes, amorem in Patriam, in liberos officium, obseruantiam in suos doceo. Ego curro in rei militaris laudes, reuoco pietatem, propono praemia iis, qui pro salute Patriae fortiter cum sanguine vitam deuouerunt, profuderunt. Euoluite veterum Historias, legite Pyrrhum Epirotarum Regem plures eloquentiâ hostes, quam gladio subegisse. Stupebitis Agamemnonem Troiae expugnaturum, non Achillis fortissimi, sed Nestoris eloquentissimi decem similes exoptantem. Caeterum quis ignoret studio fieri meo ut scire possitis, quid maiores vestri? quid caeterae nationes? quid omnis antiquitas aut dixerit, aut fecerit. Quis Imperatorum, qui priscis temporibus floruerunt, tot bella, tot illustria facinora celebret apud seram posteritatem? Quis potentissimum Poloniae nunc regnantem Regem Joannem Casimirum de tot hostibus triumphantem post 200 annorum reuolutionem futuris temporibus seu nepotibus vel ad admirationem, vel hostibus ad terrorem transmitteret? iacerent in tenebris celeberrimi, tot cum victoria conflictus, nisi eos in clarissima luce memoriae collocarem: concederent in aeternam obliuionem victoriae nisi eas ab interitu vindicarem. Vidistis sapientiae sole illustriorem pulchriorem auro, sapientia praeditos dei esse similes audiuistis. Incumbite toto animi nisu et ceteris ad feruorem, facem praeferte quos hodierna dies de castris politioris literaturae benemeritos in centurias Rhetorum publico applausu aptabit. Vibrate contra hostem animorum vestrorum ignorantiam, lectissimorum verborum tela, expedite grauissimarum sententiarum sagittas; nolite existimare

vos parum spoliarum accepturos, si sub eloquentiae vexillo fortiter dimicaveritis. Excitandi erunt languentes hominum animi, excitabitis; erigendi magno in moerore iacentes, erigetis; coercendae cupiditates, componendi tumultus, extinguenda odia, coercebitis, componetis, extinguetis. Efficiunt in hoc certamine secundam legionem, qui sub vexillo Poëticae collocati militiae literariae desudant, evoluunt variorum scripta Poëtarum. Non deerunt fateor, qui Poëtas vanitatis & Magistros nugarum appellent, emerget quispiam. Eratosthenes qui etiam Homerum Poetarum Principem ineptae loquacitatis appellabit. Sed quaerite ex Platone quo loco sint apud eum Poëtae? dicet sapientiae duces, magistros morum, veritatis interpretes, Deorum filios.

Congratulatio

Videor mihi videre antiquos iuvenes caput fricantes, brachia dissipantes, oculos huc et illuc torquentes. Agite quis sensus frontis contractae? vacationum dies, quibus in omnem animi relaxationem frena laxabatis, profecisse vos deploratis. Praeterita deplorari non corrigi, aut revocari possunt. Audio illos conflictum cum sapientia suscipiendum recusantes. Vires exhauriunt inquiunt, caput fatigat, pectus frangit, animum debilitat, aciem oculorum hebetat, malumusque insipientem valetudinem, quam sapientem aegritudinem. Medebimur aegritudini. Alphonsus Aragonum Rex acerrimus sapientiae propugnator, gravissima febri correptus, lecto affixus decubuit. Advolant medici e vestigio, explorant venae motum, medicamenta ad abigendam vim morbi varia apparant. Princeps interim ferri iubet librum Curtium legendum? Quid agis sapientissime Aragonum

Prin:

Princeps! quid cogitas? quid moliris? grauissima vi morbi ten=
tatus librorum helluonem ages? Ferat Curtius. Quid si capiti tan
to doloris cruciatu exhausto, plus morbi accersiueris? aperiatur
Curtius. Quid si grauiori aestu iactatus, te priorem morbi reddideris?
Legatur Curtius. Quid si vocibus interruptis, et ab omnibus corporis
sensibus abstractus è vita excesseris? dolebunt Aragones extinctum
Reipub. lumen, plorabit sapientia propugnatorem sui fortissimum
sublatum, plangent Patria propugnaculum fortissimum diruitum? Ferat
aperiat legat Historicus, morem gerunt, regi legitur historicus, miratur
Alexandri fortitudinem in compescendis hostibus, in vincendo in=
dustriam, in victoriis clementiam. Expectatis Auditores quam cito
principem, sapientiae studio sublatum dicam? recreatur morbo euol=
uens librum, in eamque vocem corrumpit, valeat medicina, valeat
Hypocrates, viuat Curtius restitutor vitae meae. Princeps gra=
uissimis Reipub. perfunctus negotiis, se consecrat sapientiae? vos
nullis occupationibus distenti, ab ea abhorrebatis? ille morbo grauis=
simo vexatus, lectione librorum valetudinem recuperat, vos ean=
dem saniores, vt aiunt ipsae literis immersi amittetis? Praecepto=
res admonent instant vrgent, increpant, obiurgant, castigant, quis
ab eo studio animum non auocant? Spartanus olim legibus poenas
dedisse dicitur, qui timore perculsus praecinctus tempore, sub tectum
se subduceret, ac ibi in otio delitesceret, vos prodigi temporis, obli
ti Parentum, immemores sumptuum, otio dediti voletis vt insignum

vestram ignaviam moderatores cum lobis admurmurationibus exci-
tant. Blanda Patrum segnes facit indulgentia natos


Repetit memoria Origenem, qui cum desiderio doctrinae incensus, Antisthem operam daturus veniret, et ab eo fustibus abigeretur in eam vocem prorupisse dicitur. Nihil agis nobilissime praeceptor, ne latum quidem unguem a tuo latere discedam, vultu mihi terrorem incuties perferam. Verbis asperis me adoriens, tolerabo. Minus intentatus audiam. Virgas in me experies, excipiam, eo de modo doce. O praeclarum discendi desiderium! quid non efficies, ubi semel generosum animum insedisti? tu Solones illos iam aetate confectos, morbo fractos, iam iam e corporis vinculis evolaturos ad excipiendas circumstantium voces erexisti. Tu Plutarchos illos ita in genus literarum abdidisti ut nihil viderint, quod non legerint, nihil legerint, quod non excerpserint, nihil excerpserint quod non didicerint. Tu Divinum religionis nostrae Parentem ab armorum strepitu abreptum, trigesimum annum agentem inter pueros tyrocinia latinitatis ponentem collocasti. Dissuadebat literarum desiderium ingravescens aetas, tu et suasisti et persuasisti. Revocabat ab incepto neglectum ingenium, tu revocasti. Pugnabat contra propositum pudor, tu superasti. Tu fortissimum illum militem tot exercitus ducentem ad pedes praeceptoris admonitiones petentem, obiurgationes flagitantem, ictus si opus esset postulantem, provexisti tui desiderio inflammatus, nihil maturae aetati concedi, nihil statui dari, nihil neglecto ingenio condonari expetebat. Laborem incusant, qui sibi homines ad culmen doctrinae tendentes vendicat: fateor multas illis molestias esse exhauriendas. non inficior, quod antiqui illi

Poetae

Poetæ in arduo atq edito monte domicilium sibi musas ipsas dixe=
runt, non nego quod ad vestibulum eorum laborem excubantem collocarint
legistis Mithridatem regem Ponti, in sylvis frigore, siti fame inter
feras de vita dimicantem, septem annis ferarum excipiendarum causa
omnem laboris asperitatem tolerasse. Vos non in sylvis sed intra
tecta non in frigore, sed inter calores, non ferarum sed sapientiæ
causa, quæ ferinos mores exuit, difficultates declinabitis? Vestræ
ætatis est, vestri ingenii, vestræ nobilitatis, vestri officii, ut omni ani=
mi et virium impetu in hanc curam incumbatis. Quid aliud a Vobis Ju=
lea Dei? quæ vos in pulcherrimum colorum domicilium evehendos salu=
tari gremio excepit, flagitat? nisi ut errores illius singulos intentos
in tenera ætate cognoscatis, in matura impugnetis, expugnetis, interi=
matis. Quod communis omnium parens Patria, quæ vos in lucem
eduxit, a vobis postulat? nisi ut florem ætatis vestræ pietati et
sapientiæ consecretis, eamq pene iacentem erigatis, afflictam recreetis,
distractam pristino flori restituatis. Quid dicam de Parentibus? testes vos
ipsos appello, quas illorum voces Jaroslauiæ iam audivistis, quas ad=
monitiones excepistis, respondete per deum immortalem illorum deside=
rio, satis facite sumptibus, morem gerite admonitionibus. Circumspicite hos
ipsos parietes, amplissimi huius Musarum domicilii, qui muto quo=
dam sermone illud suo iure a vobis repetunt, ut vobis ornandis ere=
cti vestris moribus, vestro conatu, vestro profectu tanquam peristromatis
auro intercextis ornentur. Coniicite oculos in hanc effigiem, quæ vos offi=
cii vestri commonet, ut quoties in eam oculorum aciem defixeritis, toties vobis
veniat in mentem desiderium Illius Heroinæ Ducissæ in Jarosl:

Ostrog: de quarum cultu, in Deum beneficentia iuuentutem Polonam nulla posteritatis memoria conticescat. Quorsum haec adferentis? nisi ut amorem, et beneficentiam tantarum benefactricum memoria repetentes, in hac splendidissima sapientiae palaestra, quam illae cultui divino propagando, reciprocando, vobis instruendis magno desiderio, maiori conatu maximis sumptibus excitarunt, fortiter dimicetis.

Faxit Spiritus ille, quem crastina luce publica supplicatione certaminis, multi inchoandi, plures continuandi, ducem et antesignanum eligetis, ut pro pietate contra impietatem, pro labore contra ignaviam, pro sapientia contra ignorantiam decertantes, victoriam Deo gloriosam Patriae salutarem, Parentibus expectatam, Praeceptoribus expetitam, amicis iucundam. Vobis utilem et sequi velitis, et consequi possitis. D.I.X.I.



# TRACTATVS II

## De Oratione Politica

Posito fundamento Tractatu primo Orationis Eloquentiae, superest nobis ut de iis praeceptis quae usui patrio deserviunt dicamus. Adeo quidem Oratori gentis nostrae difficile praescribere hoc praesertim seculo, quod se totum in orationes effundit, et tot habet exercitia Politica, quot nec quidem numero comprehendi possunt. Ne tamen Orator Noster, qui et Politicus esse debet, in his deficere videatur, pauca quantum per tempus licuerit, ad ea exercitia Politica, quae sunt notiora, et utiliora praecepta suggeremus cum suis praxibus. Inprimis autem praemittenda sunt quaedam, nimirum quid sit politica, quotuplex? et quid per Oratorem Politicum intelligendum.

Quaeres Imo quid Politica? Respondeo Politicam deduci a Graeco nomine τις πολις civitas, inde Politicus id est Urbanus. Civilis bonorum morum, hinc Politica in Latino idem est, quod ars civilis seu Urbana, quae secundum Aristotelem triplex est. Ethica quae de vita et moribus ~~quid et~~ docet Oeconomica a Graeco nomine οικια, id est, domus, quae de ~~familiari~~ et domestica tractat. Politica demum quae de Republ: eiusque administratione praescribit rationes doctrinae verum Ethicam videre potes in officiis et de senectute specialiter

Vero de hac Philosophia morali, quod antonomastice Ethica vocat, oeconomicam videre potens in Virgilii Georgicis, apud Varronem de rustica et Columela. Politicam vero vide in Aristotele Lipsio Cholbero. Soncero; Apud quos Authores Politica pro statu et Regimine Reipub: accepta, praesertim vero apud Aristotelem in Rhetoricis definit sic. Est principatus et consuetudo rerum, secundum quam vivere quemque, et conservari decet.

Quot res sto Quotuplex Politica? Respondeo esse triplicem, si enim unus regnet et ille bonus hic Regnum et Monarchiam constituet: si malus tyrannidem. Sic Hispani et Moschi regimen potest dici Monarchicum, quia penes unum illud est administratio. Si vero plures regnent hic constituent Aristocratiam, administrantque regimen Aristocraticum tale olim fuit in Regno nostro, quando illud 12 Palatini regebant. Democratia postremo popularis, si omnes et hi boni regant. Sic olim fuit apud Romanos ut videre est apud Livium. Hoc populi regimen. Soncer: appellat politiam, qui simul tres illas Reipub. species ita fere hoc tempore temperatas esse ait, ut nusquam vel Monarchia vel Aristocratia, vel Democratia, reperiatur. Omnes enim Imperatores Reges Principes (de Turca Moscovitaq. loquor) imperii formam habet circumferam cum ex optimatum consilio gubernent. Veneta Respub. est Aristocratia. Quod quamvis enim unum habeant ducem tota tamen potestas est penes Optimates et nobilitatem, quod triplex esse refertur vetus media nova. Imperium Romanum praesens mixtum ex his tribus Reipub. formis: Summum caput est Imperator Augustus, cuius in omnes ius est, sed secundum leges iudicare debet, Optimates sunt electores septem.

Porro

Porro Polonia nostra habet regimen mixtum. ex Monarchia et Aristocratia: non solum enim Rempub. administrat Rex, verum et Optimates id est Senatores, equites, sine quorum consensu Rex facere et decernere quidpiam non solet. Est sua libertas civitatibus praesertim in Prussia tamen plebei et qui non gaudent iure nobilitatis ad regimen non ptinent. 2do Politica accipitur hac Statu pro externa corporis compositione, cultu, et motu, quem consuetudo solennis nostri Regni hominum tam in privatis, quam in publicis consessibus observat, ideo hic dicitur Politicus, qui moribus domesticis in omnibus gestibus corporis ac urbanitate est limatus. Contra vero hic non esse politicus dicitur, qui non iuxta more Patriae conversatur. 3tio Accipitur Politica pro astutia, quadam humanitate externa vestita, vocaturque politica secularis Machiavellum suum Praeceptorem habens. Tales Politici sunt, qui iuxta Tyberium, et Sallustium aliud clausum in pectore, aliud promptum in ore habent et tacita servant sub pectore vulpem: multa hi promittunt nihil dant, audientem laudant, sinis vituperant, vitiis virtutum colorem induunt. 4to Demum accipitur politica pro modo loquendi inter homines morate, prudenter, et ornate, iuxta consuetudinem Patriae. V.G. perorando, in Sponsalibus, nuptiis, funere salutando refutando, de quibus hoc Tractatu

Quaeres 3tio Quid nomine Orationis Politicae intelligendum. Respondeo debere intelligi Orationem illam, quae inter homines morate prudenter, et ornate, iuxta consuetudinem Patriae habetur: dixi iuxta consuetudinem Patriae, nam nisi sermo aut Oratio patrio accommodetur usui, solemque humanum

morem sequatur, peregrina et non Patria censebitur. Necesse est ergo ut in Eloquentia Ciceroniana, et alioqui in scholis audita modo perorandi domestico huius seculi, prudentum tamen hominum usitato mori se accommodet. Pro hoc praecepta instruentia ad rationes dicendi particulares politicus hac aetate usitatas afferens, quibus addentur ea, quae ad cultum et elegantiam sermonis valere possunt Exempla. Atque siquidem frequentia ante oculos nostros versantur funera, a funebri Oratio incipiendum.

# INSTRUCTIO I.

## De Oratione funebri simulque de iis quae eam praecedere et subsequi solent.

Praecedere solent Orationem Funebrem Epistolae de his inprimis aliquid dicam breviter praxesque subiungam.

## Punctum Imum

### De Epistolis quae praecedunt funebrem Orationem.

Epistola quae praecedit Orationem Funebrem, aut est nuntiatoria de morte, aut invitatoria ad funus, et responsoria ad utramque de quibus hic pauca cape praecepta. Nuntiatoriae de morte, haec puncta esse possunt. Imum nuntietur de morte ipsa. 2do afferantur dolor sui ex morte secutus est. 3tio petitio addatur quod expectat aut solatium in luctu, aut preces pro defuncto si ad spirituales vel ad communitatem religiosam scribat, aut gratiam et benevolentiam eius ad quem scribitur, ne cum morte simul defuncti, in te domumque tuam occumbat pro ratione status iuxta hoc,

artificium

possunt conscribi Epistolæ variæ. Et sic Senatores Regni vellent nuntiare mortem summo Pontifici. Sic nuntiare possent.

Sanctissime ac Beatissime Pater
Domine Dñe Clementissime

Placuit Domino in cuius manu et omnium regnorũ salus, itaque  n
quem quoque vita constituta est, Serenissimũ optatissimumque regem
nostrum Vladislaum IV ex hoc mortali regno ad illud cœleste evo=
care Rempub: regni istius tanto rege institutam publico mœro=
re publicaque orbitate afficere; tantũ Reipub: nostræ casum, tamque gra=
vem iacturã nos inprimis Dei tutelæ et patrocinio comendamque,
omnemque spem nostrã in ipsius misericordiam coniicimus. Deinde
vero ad Sanctitatem vestram, uti communem Reipub Parentẽ
supplices confugimus: ut pro ea qua vivũ eundem Regem Se=
renissimũ prosequi dignabatur charitate, vita quoque defuncti ad sacro=
sancta altaria memor esse, eiusque æternam salutem cleri popu=
lique Christiani Orationibus et Sacrificiis commendare digne=
tur. Tùm demũ Regnũ hoc quod Sanctitatis vestræ prædecesso=
res murũ, et antemurale Reipub: Christianæ censuerunt, et re
ipsa quoque experti, quodque Sanctæ Sedi Apostolicæ semper fuit de=
votum, et in præsenti Reipub: statu, et in futura novi Re=
gis electione, ut ad divini honoris Ecclesiæque Christianæ pro=
pagationem, ac conservationem feliciter cedat paterna sua re=
gni Poloniæ impertita benedictione sua gratia complecti
velit. Quod reliquum est nos Regni Poloniæ M. D. Litt. Se=
natores, ea qua par est reverentia, pedes Sanctitatis vestræ

exosculamur et longaevam sanctitati vestrae vitam ad Reipub: Christianae felicitatem a Deo precamur.

Ex hoc artificio nobilis quispiam de morte fratris sui aut consanguinei sic nuntiare potest Serenissimo.

Będę zawołany decretem nieodwołanym Króla Nayzwyższego wierny poddany W.K.M. a rodzony moy (scribendum cognomen et officium mortui) a niemogąc sam przez się zacne Łaski W.K.M. dostatecznie zasłużować, y ostatniey walete oddać, przez mię tę żałosną functią, y usługę W.K.M: Panu memu miłościwemu oddaie, y zawszytkie fawory łaski pokazane Pańskiey pokornie a uniżenie dziękuię. Pożegnał się z nami (tali et tali die) zgoła niespodzianie, y natenczas dług śmiertelności oddać mu kazano, kiedy zamysły iego za pokazane łaski Pańskie od W.K.M. wzięte naylepiey robić chciały: y te prace, które około Rzptey podeymować zamyślał, pospołu z nim w daleką krainę śmierci poszły. Mam iednak zato że nieboszczykowskie manes grati esse będą chciały, y te usługi któreś wyrządzie śmiertelność niepozwoliła, nieśmiertelnością nagrodzi, które y iu wypłacić usługami, y poddaństwem wespół z pozostałemi iego krewkami obowiązany zostaię.

## In eadem materia nuntiari potest cuipiam sibi pari.

Z wami żałewaiąc się żalu wielkiego który ponoszę w śmierci mo=iem przyszło mi ten list pisać, do Wmci mm Pana, który

ten żałosny:-

ten żałosny humanae vicissitudinis wlo... zamykaa argument. Tytem rodzonego mego N. ktory mi się nigdy wtey śmiertelności niewroci; wszystko pociecha nas wszytkich, ktorą okrutna śmierć wgorzki smutek obrociła. To wm mm. P. oznaymiwszy. Przyiacielowi miłemu, a dłużey się szerzyc niemogąc wtey żałosney materiey, z żalu nieutulonym oddaię się łasce Przyiacielskiey.

Responderi potest ad eadem sic.

Niespodziana a niepocieszna doszła mie wieść z listu wm mm. P. oześciu z tego świata Jm P. N. ktorego śmierc tym cięższy żal mi przyniosł im lepiey zomnie ... wielkim moim był Przyiacielem, a nie dewszytko ... bardzo potrzebny. Wiem że y wm mm. P. niemniey żałosny zostaiesz, y wżalu cięższy bol nad insze ponosisz, iako ten, ktorego bliższym wżalu znayduie fraucieh. Ale coż, gdy nie oboiecwszy ... na prawo przyrodzenia, wszytkey natym co się stało przestawac musiemy. y ten żal nas skromnie ponosic. Dlaczego wm mm Pana przestrzegam, abyś ktorys drugiemu wpodobney toni zwykłby remedium sobie wtey mierze deste noli, a śprzyzal wolą Boską miarkował. Oddaię się przytym etc.

Quam formulatoria generale eius artificium hoc esse potest.

Jmu punctum esto a dei voluntate, vel natura lege, vel a doloris sui explicatione vel a re ipsa. Secundum continebit ... obsequii detractionem eius, qui scribit. 3tio formulabitur ille, ad quem scribitur

vt adesse velit, et in mutua doloris descendat societatem.

Hinc Serenissimus Rex vernacula lingua sic invitatus est a dri-mus Abbatis Konchocensis.

Najaśnieyszy Miłościwy Królu
Panie a Panie moy Miłościwy

2 Filip Cieśla(?) Opat Wąchocki W.K.M. naywiernieyszy poddany a do Najświętszego Pańsceneyszego To na Stolicę Apostolską nowo obranego od W.K.M. y całey Korony Polskiey Orator, y żywot y mowę swoie ostatniem zamknął szczwodem, który iuż nie sam ale pogrzeb iego do W.K.M. zeronnie, wezwał ze mną Bratem swoim upraszaiąc Naiaśnieyszego W.K.M. maiestatu, aby z łaski swey Pańskiey zesłaniem kogo na mieysce swe pogrzeb w Xowiczu na dzień 11 Stycznia nadchodzącego Roku Pańskiego przypadaiący przyozdobić raczył.

W.K.M. nayniższy poddany.

Serenissima V.S. Regina ad funus fratris sic ex hoc artificio invitari potest.

3 Sacra ac Reginalis Maiestas
Domina Domina Clementissima.

Maluissem vivi fris mei Sacrae Reginali Maiestati, subiect. commendatione offerre obsequia, quam importunus nuntius serenissimis auribus cum funerali rumore intercedere, et publicae luci vestrae quae orbem serenat, cum privato luctu occurrere. Sed quia ita a serenitatis vestrae luce, quae liberalissime omnibus indulget Sua Maiestas regimur subditi, vt apud eum cuique, si quid usquam occurrunt

periculi

